ction dæmones fugabant, et insidias ab ipsis adversum homines paratas destruebant. Quare omni damnatione dignos esse dicebat eos qui, his omissis, adscitisque aliunde verbis elegantibus, in iis sese exorcistas nominarent. Potius enim ludunt, ac se dæmonibus ridendos offerunt, sicut accidit Judæis filiis Scevæ [37], qui eo ipso modo exorcizare tentaverunt. Hæc itaque cum audiunt ab ipsis dæmones, eis illudunt; contra vero sanctorum verba reformidant, nec possunt ea sustinere. In Scripturarum namque verbis est Dominus, quem cum ferre non possent, clamabant : *Rogo te ne me ante tempus torqueas* [38]. Urebantur siquidem cum præsentem Dominum tantum viderent. Ita et Paulus imperavit impuris dæmonibus [39], ita et discipulis subjiciebantur dæmonia [40]. Et super Eliseum prophetam facta est manus Domini [41], cum tribus regibus prophetavit de aquis : dum scilicet psaltes juxta ejus mandatum psalleret. Eodem modo etiam nunc si quis de patientibus sollicitus sit, ista dicat, patientemque valde juvabit, suamque fidem veram firmamque comprobabit; adeo ut illam Deus intuens, perfectam sanitatem rogantibus tribuat. Id cum cognosceret sanctus ille, aiebat in centesimo decimo octavo psalmo : *In justificationibus tuis meditabor, non obliviscar sermones tuos* [42]. Et rursum : *Cantabiles mihi erant justificationes tuæ in loco peregrinationis meæ* [43]. In his enim etiam salutem consecuti sunt, dicentes : *Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc forte periissem in humilitate mea* [44]. Unde et Paulus his ipsis confirmabat discipulum suum dicens [45] : *Hæc meditare, in his esto, ut profectus tuus manifestus sit.* Hæc etiam tu meditans, atque ita psalmos sapienter legens, uniuscujusque sensum, *Spiritu duce*, consequi poteris. Talem vero vitam tu quoque imitaberis, qualem habuerunt, qui hæc locuti sunt deiferi sancti viri.

[37] Act. XIX, 14-16. [38] Luc. VIII, 28. [39] Act. XVI, 18. [40] Luc. X, 17. [41] IV Reg. III, 15. [42] Psal. CXVIII, 16. [43] ibid. 54. [44] ibid. 92. [45] I Tim. IV, 15.

(9*) Ὠφελήσει, ed.

ADMONITIO IN EXPOSITIONES PSALMORUM.

Duplicem habemus Athanasii expositionem in Psalmos. Priorem exhibet editio Maurina et ea est ad quam hic præfatur Montfauconius, cui etiam accedunt supplementa ab ipso postmodum edita cum Athanasii *Argumento in Psalmos*. Expositionem alteram seu librum *De titulis Psalmorum* publici juris fecit Antonelli cujus Præfationem vide infra col. 597 EDIT.

I. Expositiones sancti Athanasii in Psalmos sistimus tibi, Lector erudite, illas scilicet diu expetitas, a multis laudatas, antiquæ, mediæ, infimæ ætatis auctoribus. Quarum ἀποσπασμάτια quædam in prius editis extabant. Utrum vero hi commentarii idipsum sint quod liber De titulis psalmorum *ab Hieronymo laudatus, ut nuperi cujusdam fert opinio, non sat exploratum est; id sane si verum esset, non commode satis inscriptio posita fuisset, cum non de titulis modo, sed etiam de versiculis omnibus hic agatur. Qui proxime secundum Hieronymum hasce expositiones laudavit, est Theodoretus, si tamen quæ sequuntur non sint cujusdam amanuensis regii codicis* 228 *antiquissimi, ubi exstant* Expositiones Theodoreti in titulos psalmorum; *hæc illius verba sunt de psalmo* CIX *loquentis :* Ὁ δὲ ἅγιος Ἀθανάσιος οὕτω φησί· « Τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν τοῦ Κυ-

Digitized by Google

ρίου διὰ τῶν παρόντων κατασημαίνει, καὶ τὸν εὐαγγελικὸν αὐτοῦ νόμον τὸν (10) πάντων κυριεύσαντα τῶν ἐθνῶν, καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον αὐτοῦ, ἧς καὶ ἀπάρχεται ὁ ψαλμὸς λέγων · *Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου · Κάθου ἐκ δεξιῶν μου ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.* Ἐχθροὺς δὲ ὁ Ἀπόστολος δηλοῖ λέγων (11) · *Ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος.* » *Hoc est :* Sanctus autem Athanasius ita loquitur : « Hisce verbis generationem Domini secundum carnem significat, et evangelicam ejus legem, quæ omnibus gentibus dominatur : atque ejus ascensum in cœlos, quem enarrat psalmus dicendo : *Dixit Dominus Domino meo : sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Quinam inimici sint, declarat Apostolus his verbis : *Novissima omnium destruetur mors* [46]. » *Quem locum inferius, initio commentarii in psalmum* CIX, *integrum legimus.*

II. Chronicon *autem* Alexandrinum, *septimo sæculo conscriptum, p.* 223, *hæc habet :* Καὶ ὁ ἅγιος Ἀθανάσιος ἑρμηνεύων τὸν ρλα' ψαλμὸν, ἔγραψεν οὕτως · « *Ἀνάστηθι, Κύριε, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου.* Τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν ἐπισπεύδουσιν αὐτοῦ. *Σὺ καὶ ἡ κιβωτὸς τοῦ ἁγιάσματός σου.* Τὴν ἁγίαν αὐτοῦ σάρκα φησὶ· μετ' αὐτῆς γὰρ ἀνελήφθη. Οὐ γὰρ ἀποσαρκοῦται εἰς τοὺς ἀγηράτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. » *Id est :* Et sanctus Athanasius psalmum CXXXI interpretans, ita scribit : « *Surge, Domine, in requiem tuam.* Ejus in cœlos ascensum cito accedere gestiunt. *Tu et arca sanctificationis tuæ.* Sanctam ejus carnem dicit, cum illa namque assumptus est ; neque enim carnem dimittit per infinita sæcula sæculorum. » *Hæc porro habes in expositione ejusdem psalmi inferius, v.* 8. *Postrema autem verba,* μετ' αὐτῆς γὰρ ἀνελήφθη, etc., *desiderantur ibi, sive quia sæpe codices quibus usi sumus sententias detruncant, sive quia hæc fortasse glossema sunt auctoris* Chronici. *Octavo sæculo, Germanus patriarcha Constantinopolitanus in epistola ad Thomam episcopum Claudiopoleos* (12) *hæc affert :* Ἀλλὰ καὶ ὁ μακάριος Ἀθανάσιος, τὸ ψαλμικὸν ἑρμηνεύων ῥητόν· *Ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν χερουβίμ, ἐμφάνηθι,* τοιαύτην περὶ αὐτῶν παραδίδωσιν ἔννοιαν · « Καίτοι ἐκείνων τῶν χερουβὶμ τὰ ἀρχέτυπα ἄγνωστα τὴν φύσιν ἀνθρώποις παντάπασιν ὄντα · πνεῦμα γὰρ καὶ πῦρ ὑπάρχουσι καὶ πάσης σχηματοθεσίας ἀλλότρια καὶ φύσεως. » *Hoc est :* Sed et beatus Athanasius psalmicum illud dictum explicans : *Qui sedes super cherubim, appare* [47], talem de illis tradit notitiam : « Etsi cherubinorum illorum archetypa natura sint hominibus prorsus ignota : spiritus enim et ignis sunt et aliena ab omni corporali habitu et natura. » *Qui locus ideo non comparet in expositionibus nostris, quod ab amanuensibus omissus fuerit versiculus, ut et alia multa, quod qua ratione gestum sit mox narratur. Etsi vero huic versiculo :* Qui sedes super cherubim, manifestare coram Ephraim, Benjamin, et Manasse, *expositio sua adjicitur inferius, psal.* LXIX, *v.* 5, *ea certe secundam solum versiculi partem spectat,* manifestare coram Ephraim, Benjamin et Manasse, *nullatenus autem primam :* Qui sedes super cherubim, *ut hinc propalam sit omissam fuisse horum interpretationem. Item Adrianus I epistola ad Carolum Magnum* (13), *hunc versiculum memorans :* Domine, in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges [48], *hæc adjicit :* « Item sancti Athanasii *De interpretatione psalmorum,* inter cætera : Civitas enim Domini, quæ sursum, Jerusalem : imago autem eorum, terrestris. Quod enim dicit tale est : Quoniam terrestris, inquit, induti sunt, imaginem, et non cœlestis, propter hoc ad nihilum redigentur. Audient enim illo tempore, *Nescio vos* [49] : utpote non indutos eadem Domini imagine. » *Hæc omnia videsis psalm.* LXXII, *v.* 20, *ad hunc versum.*

III. *Ad hæc in codice Reg.* 2219 *explicatio illius versus :* Tu es sacerdos in æternum, *ipsissimis verbis affertur, ut legitur psal.* CIX, *v.* 4. *Super hæc omnia Nicetas Heracleæ, ut habet Felckmannus inferius* Monit. in Fragm., *Expositiones Athanasii* in Psalmos, *ut nos proferimus, in Catena sua edidit, cum aliis aliorum Patrum commentariis adjunctas. Narrat Gabriel Grodecius Dantzicanus, professor Hebraicæ linguæ in Academia Lipsiana, vir doctus ac necessitudine mihi conjunctus, exstare in bibliotheca S. Salvatoris Zononiensis in codice perantiquo, expositionem Athanasii* in Psalmos *Serviana lingua, quæ est Slavicæ dialectus, sunt autem Servii Mysiæ superioris populus ; nec ambigo ex his nostris Expositionibus Slavice versam fuisse. Hæc augeri possent, verum satis superque sunt ut comprobetur Commentarium Athanasii* in Psalmos *omnibus fere secundum Athanasium sæculis laudatum fuisse. Neque desunt in hujusce operis decursu Athanasiani styli notæ pleræque. Num ubi occasio sese offert ut Christum comprobet esse Deum, id ille præstat, quo innuitur eo tempore hæc scripta fuisse, quo controversiæ de Christi deitate obortæ sunt. Sic Psal.* XLIX, *v.* 6, *in hæc verba :* Quoniam Deus judex est, *sic ille arguit :* Hic manifeste Christum dicit Deum : nam *omne judicium dedit Pater Filio* [50]. Quod si omne judicium dedit illi, et Deus judex est : ergo Christus est Deus. *Similiter Christum probat esse Deum et iisdem quibus Pater nominibus ornari psal.* LXXXIX, *v.* 25.

IV. *Peculiare est Athanasio quod solo* ἀγαπητοῦ *nomine Unigenitum Dei intelligat cujus, vocis hunc usum ex Homero confirmat ille, pag.* 507. *Eodem autem usu eam vocem habes in hisce Expositionibus psal.* LIV, *v.* 6 : Ἀλλὰ φόβος καὶ τρόμος ἐπέπεσεν τῷ προφήτῃ ὁρῶντι τὸν Ἀγαπητὸν τοῦ Θεοῦ τοιαῦτα ὑπὸ τῶν ἀσεβῶν πάσχοντα. *Hoc est :* Sed etiam timor et tremor prophetam invasit, cernentem dilectum (sive Unigenitum) Dei hæc ab impiis pati. *Notandum item in hisce Commentariis Filium Dei passim una voce,* μονο-

[46] I Cor. XV, 26. [47] Psal. LXXIX, 20. [48] Psal. LXXII, 2. [49] Matth. XXV, 12. [50] Joan. V, 22.

(10) Infra Psal. CIX, v. 1, λόγον
(11) Infra βοῶν.
(12) Tom. VII *Concil.* p. 312.
(13) Ibid. p. 931.

Digitized by Google

γενῆς, *significari, quæ in opusculo in hæc verba,* Omnia mihi sunt tradita a Patre, *p.* 82, *passim item Christum nuncupat Athanasius. Athanasiana prorsus est cautio illa psal.* CXVIII, *v.* 173 : *Γενέσθω ἡ χείρ σου τοῦ σῶσαί με. Δηλοῖ γὰρ οὐ τὴν κατ' οὐσίαν γένεσιν αὐτῆς, ἀλλὰ τὴν πρὸς τὰ σωζόμενα σχέσιν, ὁποῖον καὶ τὸ Γενοῦ μοι εἰς Θεὸν ὑπερασπιστήν. Hoc est :* « *Fiat manus tua ut salvet me.* Non significat natura factam esse manum ejus, sed ejus statum erga eos qui salutem consequuntur. Quale est illud : *Esto mihi in Deum protectorem.* » *Nam Ariani inepte ex voce* γενέσθω, *et* ἐγένετο, *concludebant Verbum fuisse factum. Hiram consonantiam cum hoc loco reperies p.* 368, *ubi etiam illud :* Fias mihi in Deum protectorem, *affertur in medium pag. item* 380. *Nam loca describere longum esset.*

V. *Jam de codicibus nobis agendum. Memoratur a Felckmanno infra* in Fragm. *ex indice quodam M. Crusii manuscriptorum qui tum temporis Constantinopoli erant, exstare apud illustrissimum principem Jacobum Marmoretam S. Athanasii archiepiscopi Alexandrini explicationem* in Psalterium Davidis.

Andreas Arnoldus, Norimbergensis, in præfatione sua ad Syntagma doctrinæ *nomine Athanasii ab se editum Parisiis anno* 1685, *hæc habet :* « Volebam me conferre ad recensenda sancti Athanasii capitula *in Psalmos,* sicut ex ms. antiquissimo descripseram, diversa a Latinis Angeli Politiani, et Græcis tomi II operum, nisi novæ cunctationis iter fuisset impatiens : dabo initium et finem, ut si quid monendum sit peritiores monere dignentur : Μακάριος ἀνήρ, ἕως, οὐκ ἐκάθισεν. Τὴν ἀρχὴν τῆς προφητείας τῷ ἐξ αὐτοῦ κατὰ σάρκα τεχθησομένῳ ἀνατίθησιν ὁ Δαβίδ · διὸ ἐν πρώτοις μακαρίζει τοὺς ἐν (*lege* εἰς) αὐτὸν ἠλπικότας. *Desinit :* Πᾶσα πνοὴ αἰνεσάτω τὸν Κύριον. Νοήσεις τὴν πνοήν, ἀφ' ὧν Μωϋσῆς ἀναγέγραφεν · ὅτι λαβὼν ὁ θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνεῦμα ζωῆς. Ab initio dicitur, tres fuisse ordines apud Judæos, γραμματέων nimirum, καὶ Φαρισαίων καὶ νομικῶν. Probabile est νομικοὺς istos esse Sadducæos, qui legem sine traditione sectabantur. » *Hæc Arnoldus :* νομικοὶ *autem illi sunt legisperiti in Evangelio memorati. Hæc autem Arnoldi capitula idipsum sunt quod expositiones nostræ* in Psalterium, *ut liquet ex fragmento ab initio allato, nam in fine mutilæ sunt expositiones istæ. Ut augurari porro licet ex Arnoldi verbis, capitula istæc non integra erant, sed excerpta quædam ex aliqua Catena, nec tantæ molis quantæ hæc commentaria quæ nos edimus.*

VI. *Vir clarissimus Gabriel Grodecius, supra memoratus, cum haud ita pridem bibliothecas Italiæ lustraret, Mediolano litteras ad me misit, et, qua est erga nos humanitate, hanc manuscriptorum bibliothecæ Ambrosianæ notitiam præbuit ipsis verbis.*

EX CODICE MANUSCRIPTO BIBLIOTHECÆ AMBROSIANÆ, QUÆ EST MEDIOLANI CAR. N. N. 451, IN QUO COLLECTA SUNT OMNIA EX CODICIBUS MANUSCRIPTIS EJUSDEM BIBLIOTHECÆ HACTENUS INEDITA.

« Commentarium sancti Athanasii *in Psalmos,* mss. Græco-Lat. Græcum manuscriptum descriptum est ex codice bibliothecæ Regiæ in Escurial., Latine vero translatum (ut mihi referebat D. N.) ab Antonio Giggeo. Quod tamen esse non potest : nam in frontispicio hujus codicis hanc sequentem observationem reperi eadem manu scriptam qua versio illa Latina Commentarii *in Psalmos.*

« Vidi in bibliotheca Ambrosiana illustrissimi card. Borromæ, suggerente clarissimo doctore et linguarum orientalium peritissimo D. Antonio Giggeo, viro mihi charissimo, volumen Arabicum in-16, in charta « bombacina, ut vocant, fusca, 300 et ultra annorum, in quo Arabice erant hæc duo opuscula Athanasii « in *Psalmos,* perbrevis illa synopsis Psalmorum, aut quocunque alio modo vocetur ad Marcellinum, deinde integri commentarii perpetui in ipsos Psalmos, quos contuli cum istis Græcis, necnon cum Eclogis Catenarum. Ac licet eos laudabiles alioquin, nec indignos Athanasii offenderim, nihilominus tamen « neutiquam cum istis conveniebant : solum explicatio primi versus psalmi primi quadrabat cum ecloga « quadam Catenæ, quam suo loco notavi, et deinde in secundo versu.... quidem.... quadrabant omnia cum « istis commentariis, sed oratione et stylo nequaquam, clareque scriptum nomen Athanasii, *Athanasius « patriarcha Alexandriæ.* »

« In hac observatione mentio fit Antonii Giggei, manus vero eadem cum illa versionis Latinæ : ergo neutiquam Giggeus, sed quidam alius auctor versionis istius esse debet, quem indicare mihi nemo potuit. Reperi ibi sub finem etiam quædam adnotata supra psalmum CLI, cui ista nota Athanasii præfixa erat : Οὗτος ὁ ψαλμὸς καὶ ἰδιόγραφος τῷ Δαβίδ, καὶ ἔξωθεν τοῦ ἀριθμοῦ, ὅτι ἐμονομάχησε τὸν Γολιάθ. Incipit commentarius : Μικρὸς ἤμην ἐν τοῖς ἀδελφοῖς μου.

« *Commentarius* ejusdem sancti Athanasii *in Cantica Mariæ sororis Moysis, et Moysis.*

« *Synopsis et interpretatio vocum Hebraicarum, quæ in commentariis Athanasii reperiuntur,* ms. Hebræo-Latinum, ordine alphabetico. Incipit : *Aaron psal.* LXXVI, *vers. ult.* אהרן, Spiritus, Πνεῦμα, sed communiter exponitur, *mons,* seu *montanus,* sicut et psal. LXXVIII, 6, 7.

« Excerpta quæ ad Athanasium spectant, ex catena *in Psalmos* in Cod. V. Δ. 10 bibliothecæ Ambrosianæ ex his omnibus auctoribus collecta : Nazianzenus, Basilius, Chrysostomus, Athanasius, Nyssenus, Hesychius, Georgius, Theodoretus episcopus Cyrensis, Severus, Origenes, Didymus, Eusebius, Esdras, Eulogius, Isidorus Pelusiota, Aretas, Apollinarius, Jovius (sic scriptum τοῦ Ἰοβίου), Justinus Philosophus, Joannes Philosophus, Ephrem, Maximus, Damascenus, Augustinus, Hieronymus, Antiochus, Adrianus, Theo-

Digitized by Google

dorus Antiochenus, Nilus, Anastasius Nicænus, et Anastasius Sinaita Antiochenus, Asterius, Olympiodorus, Epiphanius, Andreas Cretensis, Andreas Cæsariensis, Cosmas Indicopleustes, Œcumenius, Marcus.... Cassianus, Hippolytus Romanus, Herodianus, Thaumaturgus, præter alios anonymos, ut dicitur ibidem. Et editiones Psalmorum, seu translationes, quibus usi sunt in catena, ibidem dicitur, fuerunt Symmachi, Aquilæ, Theodotionis, et Septuaginta Interpretum. Codex originalis in pergamena antiquissimus, et diversa sunt plurima ab illis a Barbaro editis. In hac collectione Græce tantum.

« Extracta ex Catena Psalmorum in pergameno in cod. III, H. 14, ea quæ pertinent ad Athanasium Græce tantum.

« Periochæ et hypotheses breves Psalmorum, quæ attribuuntur Eusebio in codice VII, E. 18, Græce, excerptæ ex catena integra *in Psalmos* et attributa Athanasio, diversa tamen a catena Barbari Græce tantum.

« Fragmenta Athanasii ex variis catenis collecta *in Epistolas divi Pauli*, et ex catena *in libros Regum*, Græce. Subjicit auctor Latinæ versionis, quem supra indicavi :

« Ex commentario seu catena Titi Bostrensis *in Lucam*, ex Chrysostomo et aliis collecta, hæc reperi ex « Athanasio, quæ postea contuli cum editis a Peltano, quæ eodem modo se habent, sed nomen Athanasii « non ibi expressum, nec hic ubi desierunt, ideoque non plura descripsi, quia sublestæ essent fidei. Οὐχ « ἁπλῶς δὲ τὸ γεννώμενόν φησιν πρὸς τὴν Παρθένον ὁ ἄγγελος, ἵνα μὴ ἔξωθεν ἐπεισαγόμενον αὐτῇ σῶμα νο- « μισθῇ, ἀλλ' ἐπήγαγε καὶ τὸ, ἐκ σοῦ · ἵνα ἐξ αὐτῆς φύσεως τὸ γεννώμενον εἶναι πιστωθῇ · ἅγιον δὲ κληθη- « σόμενον, οὐχ ὡς ἔνοικον ἔξοντα τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ ἐκ μετοχῆς ἁγιασθησόμενον · ἀλλ' ὡς ὄντα κατὰ φύσιν « ἅγιον, τῷ τὸν αὐτὸν Υἱὸν ὑπάρχειν Θεοῦ καὶ ἕνα εἶναι. Ita se habebant tres codices in pergamena cum ex- « presso nomine Athanasii ; hoc loco translatio Peltani non exprimit postrema fideliter. »

« Et post pauca alia fragmenta allata hæc observatio ibidem reperitur :

« In *Anthologio* quodam SS. Patrum hæc reperi ex Athanasio in littera A, ordine enim alphabetico di- « gesta erant capita, et omnia desumpta ex veteribus Patribus, istaque erant in voce Ἀστρολογία, ut præ « se fert titulus, cum titulo : Ὅτι εἰ κατὰ ἀστρολογίαν τὰ καθ' ἡμᾶς, Ἀθανασίου Ἀλεξανδρείας ἐκ τῆς κατὰ « Ματθαῖον βίβλου. » Hæc in epistola Grodecii.

VII. *Ex hisce autem unum est, quod nusquam memoratum audivimus, scilicet, Commentarius Athanasii* in Cantica Mariæ et Mosis. *Hoc autem opusculum, germanumne sit ex sola lectione internosci potest, cum a nullo, quod quidem norim, antiquo laudatum fuerit. Obnixe vero postulavimus ea transmitti nobis quæ in lucubrationibus nostris desiderantur, sed cum nullus istic amanuensis Græce transcribere possit, votis nostris obsequi minime potuit vir doctissimus Muratorius. Et quantum auguror conjectura, non tanti fortasse pretii sunt cætera : nam fragmenta illa* in libros Regum *et* in Matthæum, *non ex peculiari quodam commentario in hosce libros, sed ex aliis quæ jam exstant Athanasii operibus maxima pars exscripta fuere, ut infra monemus, et experientia comprobavimus. Expositiones autem* in Psalmos *eædem putantur esse quæ nostræ : synopsis vero, seu interpretatio illa vocum Hebraicarum quæ in expositionibus Athanasii exstant ut vel ex prioribus verbis æstimandum relinquitur, nihili est. De reliquis si quando lucem viderint judicium feretur.*

VIII. *Ad codices jam veniamus unde has Athanasii expositiones mutuati sumus : tres Regii sunt,* 1807 *nimirum, quem Regium primum voeamus, Reg. vero* 2, 1878, *Reg.* 3, 1879. *Regius primus est catena antiquissima ab annis plus septingentis exaratus, bonæ notæ. Incommodum tamen accidit, ut nomina scriptorum amanuensis persæpe taceret. Secundus Reg. egregie descriptus et paris antiquitatis, minus tamen accurate exaratus nomina tamen diligenter ascribit. Tertius, qui mediam secundi partem complectitur, recens est et ex secundo exscriptus, ideoque non tanti usus. Tres item Colb. sunt,* 4443, *quem primum Colb. dicimus, secundum vero* 4182 *; tertium in duas partes divisum, quarum prima numerum obtinet* 4680, *secunda vero* 4681. *Colbertinus autem, quem primum dicimus, librum ad Marcellinum* De interpretatione Psalmorum *tantum exhibet. Secundus Athanasii et Theodoreti expositiones* in Psalmos, *estque plus* 700 *annorum : tertius expositiones item Athanasii cum nonnullis cæterorum Patrum, hic mendis scatet, quingentorum circiter annorum.*

Harum expositionum fragmenta quædam a Daniele Barbaro, qui postea patriarcha Aquileiensis fuit, edita fuerunt in catena Patrum Græcorum in Psalmos, *Venetiis cusa anno* 1569, *ubi ad quinquagesimum usque psalmum duntaxat expositiones ducuntur. Et accuratior quidem in multis est Corderiana. Hinc anno* 1601 *ex catena Nicetæ Heracleotæ Felckmannus excerpta quædam edidit Athanasium spectantia. Postremo Corderius anno* 1643 *prolixiorem catenam Patrum Græcorum* in totum Psalterium *edidit, tribus tomis comprehensam, in qua nævi non pauci occurrunt. Nobile autem est illud erratum quod expositiones Theodori et Theodoreti Athanasio ascribat. Et quidem, ut auguramur, hæc lapsus causa fuit : Amanuenses ubi in catenis ad marginem nomina scriptorum notant, Athanasii nomen indicant per litteram* A, *cui sequentem in Athanasii nomine,* Θ *scilicet imponunt. Ubi autem Theodori lectio est, primam similiter* Θ *describunt, cui litteram* Δ *desuper scribunt ; hæc autem littera in codicibus proxime ad litteram* A *accedit, ubi igitur vidit* A, *ut putabat, superius* Θ *vero inferius descripsi, Athanasium his significari arbitratus est.*

Digitized by Google

IX. *Hæ autem expositiones multis in locis deficiunt, quia scilicet amanuenses non omnia aescripserunt, sed pauciora attulerunt quam ferrent Athanasii codices. Raro evenit ut peregrinæ interpretationes nomen Athanasii præferant, id quoad facultas tulit ad marginem notavimus. Et sane perfacile est in hisce stylum Athanasii internoscere, tum quia in argumento plerumque ceu synopsin quamdam totius psalmi ob oculos ponit, et quidem mox afferendæ interpretationi affinem, ut hac tessera facile sit vera a falsis secernere; tum quia tum perspicuus, tam brevis atque pressus in hisce est Athanasius, ut hac item in parte a cæteris perinde distingui possit. In hisce autem vulgo sententiam exponit, ut vocant* spiritualem, *ita ut Nicetas in catena sua Theodoretum pro litterali, Athanasium fere pro* spirituali *afferat. Est tamen haud raro cum litteram attingit et quidem rectissime ad scopum Prophetæ, ut nemo non æstimaturus est. Argumenta psalmorum maximi sane pretii sunt, ubi litteralem etiam sæpe mentem apprime et acute tangit antequam ad* spiritualem *accedat. Multæ hic lectiones Aquilæ et Symmachi exstant hactenus inobservatæ a Drusio et aliis.*

Est locus psalmi LXVII, *quem alienum æstimamus et commentum olet, illud scilicet de calamo ad versum* 31. *Alia fortasse nonnulla non observata a nobis fuerint quæ erudito lectori supplenda demandamus. Psal.* LXVIII, *v.* 17, *dicitur Filius cum Patrem his verbis deprecaretur :* Transeat a me calix iste, *non in hypocrisi, non ut Satanam inescaret ac deciperet, non quod mundi voluntatem ut propriam efferret, ita locutum fuisse. Quibus aperte repugnat explicatio quæ exstat in libro* De passione Domini *tom.* IV, *quem inter suspectos haud injuria ablegavimus. Argum. psalmi* LXX *primum sub Romanis Jerosolymorum excidium memorat, quia secundum item a Romanis illatum fuit sub Adriano. Hæc de expositionibus* in Psalmos *satis sunto.*

Secundum hanc conscriptam admonitionem litteras accepi cl. V. Antonii Muratorii, qui manu propria mihi ea exscripsit in laudatum commentarium in Canticum Mariæ sororis Mosis *paucissima sane ut vides.*

Ex igitur Commentarii nostri specimen in Canticum Deuteronomii.

Σημαίνει καὶ αὐτὴ τὴν ἔκπτωσιν τῶν Ἰουδαίων καὶ τὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ, ἣν παρέσχεν αὐτοῖς, καὶ τὴν εἰσαγωγὴν τῶν ἐθνῶν.

Πρόσεχε, οὐρανὲ, καὶ λαλήσω, *καί, etc.*

Ἐπεὶ μέγα ἦν τὸ παράπτωμα Ἰουδαίων, καὶ ἐν οὐρανοῖς μάρτυρες οὐχ εὑρίσκοντο, τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν τὰ μεγάλα στοιχεῖα μαρτύρεται ὁ Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου.

Προσδοκάσθω.

Πολὺς γὰρ ὡς ὑετὸς, καὶ ἐπωφελὴς ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ κατεχόμενος.

Καὶ καταβήτω.

Μετὰ πραότητος καὶ ἡσυχίας, τουτέστιν ὡς ὄμβρος ἐπ' ἄγρωστιν, καὶ ὡς νιφετός.

Post duos alios versiculos subditur : Desunt reliqua, *atque hic finem expositiones Athanasianæ habent.*

Ex Commentario autem memorato in Psalmos, *aliquot clausulas brevissimas nostris sat dissimiles misit laudatus vir, ita ut brevitatis causa non possit judicium ferri eædemne sint illæ ac expositiones nostræ. Quidquid tandem sit, cum sæpissime nostræ ab auctoribus laudentur Athanasii nomine, hinc conficitur, ipsas non vero alias esse germanas Athanasii expositiones.*

—

ADMONITIO

In Argumentum Athanasii in Psalterium, et in supplementa subsequentia (a).

—

Prodit *egregium in Psalmos Argumentum ex codice bibliothecæ Ambrosianæ membranaceo* XI *sæculi, optimæ notæ : cujus singula dicta judicium peritiamque scriptoris arguunt. Orditur autem Athanasius a Psalmorum ordine, quorum perturbatam seriem promanasse putat ex Judæorum incuria et negligentia. Paternis quippe despectis legibus, inclinanteque ad simulacrorum cultum animo, libros ac scriptores priscæ religionis interpretes pessumdederunt, ita ut multi hinc inde distracti ac vetustate pene obruti sint, magna pars etiam prorsus interierint. Sub hæc autem cum in pœnam scelerum, multis attriti cladibus, in Babyloniam victorum jussu transmigrassent, quidam inter eos propheta sacros libros colligendi curam suscepit : quos ille uti sese dabant, partesque singulas uti primo occurrebant, nec nativo ordine, digessit. Hinc Psalmorum illa confusio, hinc seriei perturbatio oritur. Hæc vero ex Eusebio mutuatus videtur Athanasius, cujus etiam verba plerumque transcribit. In hoc tamen paulum variat, quod restaurandæ Scripturæ operam, quam Eusebius ab Esdra susceptam ait, ipse alicui prophetarum, nullo specialim memorato, assignet.*

(a) Hæc post absolutam Maurinam editionem publici juris fecit Montfauconius in *Nova Bibliotheca Patrum.* Argumentum in Psalterium mox sequitur; supplementa vero ex codice Ambrosiano deprompta distinctionis causa uncis conclusimus et priori textui inseruimus. EDIT.

Digitized by Google

Quæ de Psalmorum auctoribus postea dicuntur, accurata sane et erudite proposita, magnam habent cum Origenis opusculo, a nobis propediem edendo (a), affinitatem. Argumentum porro suum pulcherrima admonitione claudit Athanasius, ubi qua mente Psalmi sint legendi, ascetas alloquens, etsi paucis, egregie tamen edisserit.

Supplementa Expositionum in Psalmos, ex codice Ambrosiano, dum Mediolani ageremus, exscripsimus. Estque codex ille recens, ab antiquiore Scorialensi desumptus. Nam, ut in Athanasii edito, a nobis haud ita pridem adornato, monuimus (supra, col. 53), *Expositiones illæ Athanasii, non omnibus suis partibus et numeris absolutæ sunt, sed amanuensium ausibus passim truncatæ et in compendium redactæ : quædam etiam ex catenis erutæ. Nihil moror scriptorem nuperum, qui Expositiones illas in Psalmos non esse Athanasii præpopere pronuntiavit, sed nulla oblata negandi ratione. Nihil ille curavit, imo potius dissimulavit, hoc operis omnibus post Athanasium sæculis, Athanasii nomine, allatis plerumque locis ut in hodierno Commentario exstant, a plerisque scriptoribus memorari : nihil movit affinitas styli, verbaque frequentia Athanasiani usus, nihil codicum unde prodierunt vetustas : quæ sane accurato censori, antequam sententiam ferret, serio erant excutienda. Verum ille nasuti se critici partes egisse putavit, cum, missa importuna illa investigandi et disquirendi opera, incunctanter pronuntiavit,* Non sunt Athanasii. *Cui nos pari facilitate reponimus,* Sunt Athanasii : *a qua re denuo comprobanda nos exemisti, dum nihil affers quo tot scriptorum testimonia, totque alia* γνησιότητος *argumenta convellas. Nemo sane nobis dicam impingat, quod ex affectu vel præjudicata opinione spuria vel dubia opera pro germanis et assertis dederimus : nam pro virili, et ut æqui ratio postulabat,* νοθείας *vel* γνησιότητος *notas quibusque præmisimus : ac licet cuique liberum sententiæ adversum nos ferendæ arbitrium mittamus, si quis tamen hanc provinciam adeat, nonnisi excussis argumentis et notis, quas pro facultate tractatibus singulis præmisimus, judicis et censoris partes occupet*

Lectorem monere juvat, Commentarium alium Athanasii nomine ferri in bibliotheca Justiniana Venetiis, inque Ambrosiana Mediolani, prorsus diversum ab edito, cujus initium : Ἡ μὲν προφητεία πληροῦται εἰς τὸν Ἰωσὴφ τὸν Ἀριμαθαῖον. *Sed cum a nemine scriptorum memoretur, vel alterius nostro gentilis opus fuerit, vel Athanasium illum magnum ementitur.*

SANCTI ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, ARGUMENTUM IN PSALMOS.

In Hebraico libro Psalmorum, siue numeri additione omnes psalmi inscripti sunt, atque variis modis. Alii quidem una juncti, alii divisi sunt. Statim quippe ab initio primus et secundus in textu Hebraico copulantur; contra vero nonus, qui apud nos conjunctus est, in Hebraico textu dividitur in duos. Totus porro Psalmorum liber in quinque partes distributus est. Observandum est autem ordinem psalmorum nequaquam historiæ et temporum seriem et rationem tenere; verum in multis mutari temporum ordinem, ut commonstrat liber Regnorum. Cum enim Judaicus populus idolorum cultui admodum addictus esset, in summam paternarum Scripturarum oblivionem venerunt, usque adeo ut ne Mosaicæ quidem legis liber compareret, nec quidpiam paternæ pietatis penes ipsos reliquum esset. Cum itaque prophetas interemissent, quod eorum impietates coarguerent, ac propterea in manus Assyriorum traditi, in captivitatem abducti fuissent; sub hæc quidam propheta, qui Synagogam eorum strenue curabat, cum aliis Scripturis librum quoque Psalmorum collegit : non quod simul unoque tempore psalmos omnes repererit, sed diversis temporibus; ac primos ordine posuit eos qui primi reperti fuerant : quo factum est ut ne omnes quidem ipsius Davidis psalmi ordine ponantur, atque psalmi filiorum Core, et Asaph et Salomonis, Mosis quoque, Æthan

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΨΑΛΜΟΥΣ.

Ἐν τῇ Ἑβραϊκῇ βίβλῳ τῶν Ψαλμῶν ἄνευ τῆς τοῦ ἀριθμοῦ προσθήκης ἀνεγράφησαν οἱ πάντες καὶ διαφόρως· οἱ μέν εἰσι συνημμένοι, οἱ δὲ διῃρημένοι. Αὐτίκα γοῦν ὁ πρῶτος καὶ ὁ δεύτερος κατὰ τὸ Ἑβραϊκὸν συνημμένοι· καὶ πάλιν ὁ ἔνατος, συνημμένος παρ' ἡμῖν, ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ διῄρηται εἰς δύο. Καὶ πᾶσα δὲ ἡ τῶν Ψαλμῶν βίβλος εἰς μέρη πέντε διῄρηται. Παρατηρητέον δὲ, ὅτι μὴ κατὰ ἀκολουθίαν τῶν τῆς ἱστορίας χρόνων ἡ τῶν Ψαλμῶν σύγκειται τάξις· ἐνήλλακται δὲ παρὰ πολλοῖς τοῖς χρόνοις, ὡς ἡ βίβλος τῶν Βασιλειῶν δηλοῖ. Πολλῆς γὰρ εἰδωλολατρείας κατακρατησάσης τοῦ τῶν Ἰουδαίων ἔθνους, λήθην αὐτοὺς πεποιῆσθαι τῶν πατρικῶν Γραφῶν, ὡς μηδὲ φαίνεσθαι βίβλον τοῦ Μωσέως νόμου, μηδὲ μὴν τῆς τῶν πατέρων εὐσεβείας τι σώζεσθαι παρ' αὐτοῖς. Ὅτε γοῦν καὶ τοὺς προφήτας ἀνῄρουν, διελέγχοντας αὐτῶν τὰς δυσσεβείας, καὶ τούτων ἕνεκα τὸ πρῶτον τῇ τῶν Ἀσσυρίων παρεδόθησαν αἰχμαλωσίᾳ· μετὰ δὲ ταῦτά τινα τῶν προφητῶν, περὶ τῆς συναγωγῆς αὐτῶν ἐσπουδακότα, μετά γε τῶν λοιπῶν καὶ τὴν βίβλον τῶν Ψαλμῶν συναγηοχέναι· οὐκ ἀθρόως εὑρόντα τοὺς πάντας, ἀλλὰ κατὰ διαφόρους χρόνους· κατατάττειν δὲ ἐν πρώτοις τοὺς πρώτους εὑρισκομένους· διὸ μηδὲ τοῦ Δαυὶδ ἐφεξῆς εὑρίσκεσθαι τοὺς πάντας, ἐν δὲ τῷ μεταξὺ καὶ τῶν υἱῶν Κορὲ, καὶ τοῦ Ἀσὰφ, καὶ Σολομῶντος, καὶ Μωσέως, Αἰθὰμ τε τοῦ Ἰσραηλίτου, καὶ Αἱμὰν, καὶ πάλιν τοῦ Δαυὶδ, εὑρίσκεσθαι ἀναμιξ ἐν

(a) Vide tom. XV, inter Prolegomena. EDIT. PATR.

Digitized by Google

τῇ βίβλῳ τεταγμένους· οὐ καθ' οὓς ἐλέχθησαν χρόνους, ἀλλὰ καθ' οὓς εὗραντο. Τὸ δ' αὐτὸ εὕροις γεγραμμένον καὶ ἐν ταῖς τῶν προφητῶν περικοπαῖς.

Israelitæ, Æman, rursumque Davidis permistim positi in libro occurrant; non quo tempore editi, sed quo inventi fuere: quod ipsum in prophetarum periodis et clausulis reperias.

Τοὺς δὲ μετὰ τὸν πρῶτον καὶ δωδέκατον ἀνεπιγράφους ψαλμοὺς, καὶ τοὺς ἐπιγραφὴν ἔχοντας, οὐ δηλοῦντας τίνος εἰσὶν, ἐκείνων εἶναι παῖδες Ἑβραίων φασὶ, ὧν τοὔνομα φέρεται ἐν ταῖς τῶν ἀνεπιγράφων προτεταγμέναις. Τὸν δὲ πρῶτον καὶ δεύτερον, ἕνα ὄντας ἄμφω, τοῦ Δαυὶδ ὑπάρχειν ἡγοῦμαι, διὰ τὸ πάντας τοὺς ἐν τῷ πρώτῳ μέρει τῶν Ψαλμῶν ἑφεξῆς αὐτοῦ εἶναι. Ἀπὸ γοῦν τοῦ τρίτου μέχρι τοῦ μ' τοῦ Δαυὶδ ἐπιγράφονται οἱ πάντες· διό μοι δοκοῦσιν ὑπάρχειν τοῦ αὐτοῦ ὅ τε πρῶτος καὶ ὁ δεύτερος. Πιστοῦται δὲ λόγον ἡ τῶν Πράξεων τῶν ἀποστόλων βίβλος, ἐν ᾗ εἴρηται· *Δέσποτα, σὺ ἐποίησας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς· ὁ τοῦ πατρὸς ἡμῶν διὰ Πνεύματος ἁγίου στόματος παιδός σου Δαυὶδ εἰπών· Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά;* Σαφῶς γὰρ διὰ τούτων τὸν β' ψαλμὸν τοῦ Δαυὶδ ἔφησεν εἶναι. Ἀποσεσιωπῆσθαι δὲ εἰκὸς ἐπ' αὐτὸν τὴν τοῦ Δαυὶδ προγραφὴν, διὰ τὸ γυμνὴν ἔχειν περὶ τοῦ Κυρίου προφητείαν, ἐν ᾗ εἴρηται· *Κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ.* Οἷς ἀκολούθως ἐπιλέγει ἐξ αὐτοῦ τοῦ προσώπου τοῦ Χριστοῦ τό· *Κύριος εἶπε πρός μέ· Υἱός μου εἶ σύ.* Φέρονται τοίνυν ψαλμοὶ οἱ πάντες ρν'. Τινὲς δὲ νομίζουσι τοὺς πάντας εἶναι τοῦ μακαρίου Δαυὶδ· οὐ σημαίνεται δὲ τοῦτο. Οἱ μὲν γὰρ πάντες ἀναφέρονται τοῦ Δαυὶδ· ἐν δὲ ταῖς ἐπιγραφαῖς δείκνυταί τις τίνος ψαλμὸς γεγένηται. Τέσσαρες γὰρ ἄρχοντες ᾠδῶν ἐξελέγησαν, σπη' ἀκόλουθοι. Τῶν οὖν τεσσάρων ἀρχόντων παράκεινται ψαλμοὶ, ὡς καὶ αἱ ἐπιγραφαὶ διδάσκουσιν. Ὁπόταν γὰρ λέγῃ· *Ψαλμὸς τοῖς υἱοῖς Κορὲ, Αἰθὰν, Ἀσὰφ, καὶ Αἱμάν·* αὐτοὶ ψάλλουσιν οἱ υἱοὶ Κορὲ, Αἰθὰν, Ἀσὰφ, καὶ Αἱμάν. Ὅταν εἴπῃ, *Ψαλμὸς τοῦ Ἀσὰφ*, αὐτὸς εἶπεν ὁ Ἀσάφ· ὅταν εἴπῃ, *Ψαλμὸς τοῦ Ἰδιθούμ*, αὐτὸς ψάλλει Ἰδιθούμ· ὁπόταν εἴπῃ, *τοῦ Δαυὶδ*, αὐτὸς λέγων ἦν Δαυὶδ· ἐπὰν δὲ λέγῃ, *τῷ Δαυὶδ*, ὑφ' ἑτέρων λέγεται εἰς τὸν Δαυὶδ. Εἰσὶ μὲν οἱ πάντες ρν', ὧν οβ' εἰσὶ τοῦ Δαυὶδ, θ' δὲ τῷ Δαυὶδ, ιβ' τοῦ Ἀσὰφ, ιβ' τοῖς υἱοῖς Κορὲ, εἷς τοῦ Ἰδιθούμ, εἷς τοῦ Αἰθὰμ, εἷς τοῦ Αἱμὰν, εἷς τοῦ Σαλομὼν, δύο Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου, ἀνεπίγραφοι λθ' καὶ εἷς Μωσέως· πάντες ρν'.

Qui psalmi vero post primum et duodecimum consequuntur sine titulo, necnon ii quibus titulus quidem præmittitur, nec tamen indicatur quo sint auctore editi, eorum esse dicunt Hebræi, quorum nomen scribitur in psalmis qui titulo vacuos antecedunt. Æstimo autem primum et secundum, qui unum constituunt psalmum, Davidis esse; quia quotquot in prima parte subsequuntur, ipsius sunt. A tertio enim ad quadragesimum omnes Davidis inscribuntur, quamobrem mihi ad ipsum videntur pertinere primus atque secundus. Quam sententiam confirmat liber Actuum apostolorum, in quo dicitur [51]: *Domine tu fecisti cœlum et terram, et mare, et omnia quæ in eis sunt. Deus patrum nostrorum qui dixisti per Spiritum sanctum per os David pueri tui: Quare fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania?* His enim perspicue dixit, psalmum secundum Davidis esse. Verisimile autem est, ideo titulum, Davidis, omissum fuisse in eo psalmo, quia nudam et apertam complectitur prophetiam de Domino, qua dicitur, *Adversus Dominum et adversus Christum ejus.* Quibus consequenter adjicit ex ipsa Christi persona: *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu* [52]. Omnes itaque psalmi, centum quinquaginta feruntur. Quidam porro arbitrantur omnes beati Davidis esse: neque tamen id aliqua nota significatur. Et verum quidem est universos Davidi ascribi; at in titulis indicatur quo auctore quisque psalmus editus sit. Nam quatuor canticorum principes, ministri vero ducenti octoginta octo, electi fuere. Horum quatuor principum psalmi aliquot circumferuntur, ut vel ipsis docetur titulis. Quando enim dicit: *Psalmus filiis Core, Æthan, Asaph et Æman*, ab ipsis Æthan, Asaph, Æman, filiis Core psallitur. Cum dicit, *Psalmus Asaph*; ipse Asaph recitavit; cum dicit, *Psalmus Idithum*, ipse Idithum psallit: ubi dicit, *Davidis*, ipse David est qui pronuntiavit. Cum autem dicit, *Davidi*, ab aliis recitatur psalmus in Davidem. Sunt quidem omnes centum quinquaginta, quorum septuaginta duo Davidis sunt, novem Davidi, duodecim Asaphi, duodecim filiis Core, unus Idithum, unus Ætham, unus Æman, unus Salomonis, duo Aggæi et Zachariæ; sine titulo triginta novem, unusque Mosis: omnes centum quinquaginta.

Δεῖ τοίνυν θεωρῆσαι τὸ μυστήριον τίνι λόγῳ, διαφόρων ᾠδῶν ὑπαρχόντων, καὶ μὴ πάντων τῶν ψαλμῶν ὄντων Δαυὶδ, ἀναφέρεται εἰς τὸν Δαυὶδ· καὶ τοῦτο οὐ παραδραμούμεθα. Τούτου γὰρ χάριν ἐπεγράφη, ἐπεὶ αὐτὸς αἴτιος γεγένηται τοῦ εἶναι ταῦτα· αὐτὸς γὰρ ἐξέλεξε τοὺς ᾠδούς. Αὐτὸς τοίνυν αἴτιος γενόμενος ἠξιώθη τῆς τιμῆς ταύτης, ἵνα πάντες ὅσα εἶπαν οἱ ᾠδοὶ εἰς τὸν Δαυὶδ καταλογισθῇ.

Animadvertendum itaque mysterium, quæ scilicet causa sit cur, cum diversi sint cantores, neque omnes psalmi Davidis sint, psalterium tamen ad Davidem referatur: hæc ne silentio prætermittamus. Ideo sic inscriptum fuit, quia ipse David in causa fuit cur istæc ederentur: ipse namque cantores elegit. Is igitur qui causa fuit, tanto honore dignatus est, ut quæcunque cantores dixerint, quasi Davidis reputentur esse.

[51] Act. IV, 24, 25; Psal. II, 1. [52] Psal. II, 2, 7.

Digitized by Google

Cum propheta esset David, atque interioribus apertis oculis, probe nosset malignos spiritus gaudere de lapsu hominum, et contra dolere quasi victos de eorumdem resipiscentia et emendatione, intelligibili ac spirituali modo orationes adversum illos emittebat; ex iis hostibus qui sub aspectum cadunt assumpta metaphora. Nisi enim hac ratione prophetarum scopum interpretemur, non modo nullam animæ utilitatem, ex eorum dictis, ad mansuetudinem adipiscendam, percipiemus; verum etiam in asperam quamdam atque evangelicæ doctrinæ adversam animi duritiem ex frequentibus adversus inimicos precibus delabemur, tantum abest ut diligamus illos. Nam sexcenties ait David [53]: *Confundantur et pudore afficiantur omnes inimici mei, et non confundar ego.* Similia enim ne credamus dixisse viros prophetas et amicos Dei alio quam superius a nobis explicato more. Atque ita intelligat oportet vir quisque sedulus ac studiosus, sicubi imprecantem prophetam inveniat, ab hostibus qui sub sensum cadunt ad intelligibiles inimicos facta translatione. Demum vacare oportet ascetam singulorum verborum intelligentiæ.

Ὅτι προφήτης ὑπάρχων ὁ Δαυὶδ, καὶ ἠνεῳγμένους ἔχων τοὺς ἔνδον ὀφθαλμοὺς, καὶ εἰδὼς, ὅτι χαίρουσι τῇ πτώσει τῶν ἀνθρώπων τὰ πονηρὰ πνεύματα, καὶ πάλιν ἀντιλυποῦνται ἡττώμενα ἐπὶ τῇ διορθώσει τῶν ἀνθρώπων, πάντως ὅτι νοητῶς τὰς κατ' αὐτῶν προσευχὰς ἐποιεῖτο, ἐκ τῶν αἰσθητῶν ἐχθρῶν πρὸς αὐτὰ μεταβαλλόμενος. Εἰ γὰρ μὴ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἐκλάβωμεν τὸν σκοπὸν τῶν προφητῶν, οὐ μόνον οὐδεμίαν οἰκοδομὴν ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς εἰρημένων πρὸς κτῆσιν πραότητος ἕξομεν, ἀλλὰ καὶ σκληράν τινα καὶ ἐναντίαν τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας διάθεσιν ἀναληψόμεθα ἐκ τοῦ κατεύχεσθαι συχνῶς τῶν ἐχθρῶν, καὶ μὴ ἀγαπᾷν· μυριοντάκις λέγοντος τοῦ Δαυὶδ, *Αἰσχυνθείησαν καὶ ἐντραπείησαν πάντες οἱ ἐχθροί μου, καὶ μὴ αἰσχυνθείην ἐγώ.* Ταῦτα δὲ οὐκ ἂν πεισθείημεν οὕτως εἰρηκέναι ἄνδρας προφήτας καὶ φίλους Θεοῦ, εἰ μὴ τῷ προειρημένῳ τρόπῳ. Οὕτω γὰρ χρὴ νοεῖν τὸν φιλόπονον, ἔνθα ἂν ἐπαρώμενον εὕροι προφήτην, ἐπὶ τοὺς νοητοὺς ἐχθροὺς ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν μεταβάλλοντα. Λοιπὸν δὴ κατασχολάζεσθαι τὸν ἀσκητὴν παντὸς ῥήματος τὴν κατανόησιν.

[53] Psal. xxxiv, 4.

SANCTI ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

EXPOSITIONES IN PSALMOS.

PSALMUS I.

Argumentum.

Initium prophetiæ Christo ab ipso secundum carnem nascituro offert David. Quamobrem in primis beatos dicit qui sperant in eo.

[Beatos autem vocat eos qui non abeunt in consilium impiorum, neque stant in via peccatorum neque sedent in cathedra pestilentium. Nam tres ordines apud Judæos erant contra Salvatorem insurgentes, scribæ scilicet, Pharisæi et legisperiti, qui jure atque merito impii, peccatores et pestilentes nuncupentur. Via dicitur hæc vita, quia ii qui nascuntur, ad finem pergunt.]

1. *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum.* Potest consilium impiorum cœtus dici ac conventus improborum. Cumque noxium sit sese impiorum cœtibus immiscere, beatum dicit eum, qui ne tantillum quidem ad illorum conventus accedit. Hujusmodi erat Joseph ab Arimathia: qui corpus Domini ac Dei sepelivit. De illo namque dictum fuit quod non astipularetur consilio eorum qui Jesum prodidere. *Et in cathedra pestilentium non sedit.* Per ca-

ΨΑΛΜΟΣ Α'.

Ὑπόθεσις.

Τὴν ἀρχὴν τῆς προφητείας τῷ ἐξ αὐτοῦ τεχθησομένῳ Χριστῷ ἀνατίθησιν ὁ Δαυὶδ. Διὸ ἐν πρώτοις μακαρίζει τοὺς εἰς αὐτὸν ἠλπικότας.

[Μακαρίους δὲ καλεῖ τοὺς μὴ πορευθέντας ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, μήτε μὴν στάντας ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν, μήτε ἐπὶ καθέδραν λοιμῶν καθεστηκότας. Τρία γὰρ ἦν τὰ τάγματα παρὰ Ἰουδαίοις κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἐπαναστάντα, γραμματεῖς, Φαρισαῖοι, καὶ νομικοί· οἳ καὶ κληθεῖεν εἰκότως ἀσεβεῖς καὶ ἁμαρτωλοὶ καὶ λοιμοί. Ὁδὸς μὲν ὁ βίος εἴρηται διὰ τὴν πρὸς τὸ τέλος τῶν γεννωμένων ἔπαξιν.]

Μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν. Δυνατὸν δὲ βουλὴν ἀσεβῶν εἰπεῖν τὴν σύνοδον καὶ τὴν συνέλευσιν τῶν πονηρῶν. Καὶ ἐπεὶ βλαβερὸν τὸ τοῖς ἀθροίσμασι τῶν ἀσεβῶν παραβάλλειν, μακαρίζει τὸν μηδὲ κατὰ ποσὸν εἰς τὸ αὐτὸν αὐτοῖς ἐρχόμενον. Τοιοῦτος ὑπῆρχεν ὁ Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἀριμαθίας, ὁ τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ θάψας. Εἴρηται γὰρ περὶ αὐτοῦ, ὡς οὐκ ἦν συγκατατιθέμενος τῇ βουλῇ τῶν Ἰησοῦ προδοτῶν. *Καὶ ἐπὶ καθέδραν λοιμῶν οὐκ*

Digitized by Google

ἐκάθισε. Διὰ τῆς καθέδρας τὴν διδασκαλίαν δηλοῖ, ὡς φησιν· Ἐπὶ τῆς καθέδρας Μωσέως. Καθέδρα τοίνυν λοιμῶν ἡ διδασκαλία τῶν πονηρῶν.

Ἡμέρας καὶ νυκτός. Τὸ σύντονον δηλοῖ. Οὐ γὰρ ἠμελημένως δεῖ μελετᾷν τὸν νόμον τοῦ Κυρίου.

[Ἀλλ' ἡ ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός. Τῷ νόμῳ, τῷ ἀγγελικῷ δηλονότι. Τὸ σύντονον δηλοῖ· οὐ γὰρ ἠμελημένως δεῖ μελετᾷν τὸν νόμον τοῦ Κυρίου. Οὐ γὰρ ποτὲ δεῖ τοῖς μελετᾷν, ποτὲ δὲ οὔ, ἀλλ' ἀεὶ καὶ διαπαντὸς τοῖς θείοις λογίοις προσηλῶσθαι· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, ἡμέρας καὶ νυκτός. Καλὸς τοῦ κατορθώματος ὁ μισθός· ὁ γὰρ τῷ θείῳ σχολάζων νόμῳ καὶ τοῖς ἐκ τούτου νάμασιν ἀρδευόμενος. Καὶ ὕδωρ καὶ ὁ Χριστὸς τὴν ἑαυτοῦ διδασκαλίαν ἀνεκάλεσεν εἰπών· Εἴ τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω. Τῷ παρ' ὕδασι δένδρῳ ἀπείκασται ἀεὶ τεθηλότι, ἀεὶ βρίθοντι τοῖς ὡραίοις. Οἱ γὰρ τῆς ἀρετῆς ἀθληταὶ τοὺς μὲν τῶν πόνων καρποὺς κατὰ τὸ μέλλον κομίζονται· οἷον δέ τισι φύλλοις κάντεῦθεν τῇ ἀγαθῇ ἐλπίδι κατασκιάζονται, καὶ κλέπτουσι τῇ ψυχαγωγίᾳ τὴν τῶν πόνων βαρύτητα. Τῷ τοιούτῳ πάντα εὐοδωθήσεται. Οὐδὲν γὰρ ἐναντίον τοῖς θείοις νόμοις διενεργήσει, τῷ τοῦ νόμου βουλήματι συναρμόττων τὸ θέλημα· πρότερον ἅπαντα τῆς κακίας ἀπαγορεύσας τὰ εἴδη, καὶ τῶν θείων νόμων ὑποδείξας τὴν τελειότητα, οὕτως ἐπήγαγε· Πάντα ὅσα ἂν ποιῇ.]

thedram, doctrinam significat, ut ipse ait[55]: *Super cathedram Moysi.* Cathedra igitur pestilentium, est doctrina iniquorum.

2. *Die ac nocte.* Fervens animi studium significat. Siquidem non est meditandum negligenter legem Domini.

[*Sed in lege Domini voluntas ejus, et in lege ejus meditabitur die ac nocte.* In lege, angelica videlicet. Contentionem significat ac diligentiam; non enim remisse ac negligenter oportet legem Domini meditari. Neque modo meditandum, modo supersedendum meditatione; sed semper et assidue divinis oraculis sese addicere opus est: id enim significatur hoc dicto, *die ac nocte.* Bona est merces boni operis: qui enim divinæ vacat legi, ejus fluentis irrigatur. Christus quoque doctrinam suam vocavit aquam, cum ait[56]: *Si quis sitit, veniat ad me et bibat.* Ligno ad aquas posito comparatus est, quod semper floret, semper fructibus tempestivis onustum est. Nam virtutis athletæ laborum quidem fructus in futuro reportant, et, ceu quibusdam foliis inde emissis, spe bona adumbrantur, laborumque gravitatem hujusmodi recreatione suffurantur. Tali viro omnia semper prospere vertent. Nihil enim divinis legibus adversarium admittet, qui voluntati legis suam accommodat voluntatem: quia a principio ille omnes malitiæ species eliminavit, et declarata divinarum legum perfectione, ita infert: *Omnia quæcunque faciet.*]

His adjicit Dan. Barbarus: Die autem meditatur qui in virtutibus proficit, nocte vero, qui cum perturbationes insurgunt, immotam servat animi generositatem.

Καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων. Ἐξομολογήσεως, ἤτοι παραβολῆς ξύλον ὁ Χριστὸς ἀναγέγραπται ἐν τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ, κατὰ τὸ εἰρημένον· Ξύλον ζωῆς ἐστι πᾶσι τοῖς ἀντεχομένοις αὐτῆς. Λέγει οὖν, ὅτι οἱ πιστεύσαντες τῷ Χριστῷ σῶμα αὐτοῦ ἔσονται· μετασχηματίσει γὰρ τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν πρὸς τὸ γενέσθαι σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ. Διεξόδους δὲ τῶν ὑδάτων τὰς θείας φησὶ Γραφάς· ἐν αἷς ἁπανταχοῦ ἔστιν εὑρεῖν Χριστὸν κηρυσσόμενον. [Ξύλον ζωῆς ὁ Χριστὸς, κλάδοι οἱ ἀπόστολοι, καρπὸς αἷμα καὶ ὕδωρ ἐκ τῆς πλευρᾶς· ὧν τὸ μὲν εἰς ὑποτύπωσιν μαρτυρίου, τὸ δὲ βαπτίσματος. Φύλλα οἱ λόγοι· καρπὸν τοῦ ξύλου νοήσεις τὴν ὀρθὴν πίστιν· φύλλα δὲ αὐτοῦ τὴν πλήρωσιν τῶν ἐντολῶν. Καρπὸς καὶ οἱ σωζόμενοι, ῥίζα τὸ βάπτισμα· γεωργὸς ὁ Πατήρ.] Ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ. Καρπὸν τοῦ ξύλου νοήσεις τὴν πίστιν· φύλλα δὲ αὐτοῦ τὴν πλήρωσιν τῶν ἐντολῶν. Καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀπορρυήσεται, οὐκ ἀποπεσεῖται. Καὶ πάντα ὅσα ἂν ποιῇ κατευοδωθήσεται. Οὐ γάρ ἐστι πρᾶξις τῶν κατὰ θεὸν γινομένων ἀνωφελής. [Καιρὸς τοῦ διδόναι ἡ τοῦ λαμβάνοντος ἐπιτηδειότης ἐστίν.]

3. *Et erit tanquam lignum quod plantatum est,* etc. Confessionis sive etiam parabolæ lignum Christus esse describitur in divinitus inspirata Scriptura, juxta illud: *Lignum vitæ est omnibus suscipientibus eam*[56]. Ait igitur eos qui in Christum crediderint, corpus ejus futuros esse. Transformabit enim corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. *Decursus* porro *aquarum*, divinas vocat Scripturas: in quibus passim Christum reperire est prædicatum. *Quod fructum suum dabit in tempore suo.* [Lignum vitæ Christus, rami apostoli, fructus sanguis et aqua ex latere fluens: quorum ille quidem in formam et exemplum martyrii, illa autem baptismatis. Folia sunt sermones; fructum ligni intelligas esse rectam fidem; folia item ipsius, præceptorum observationem: fructus etiam sunt ii, qui salutem consequuntur; radix, baptisma; agricola, Pater.] Fructum ligni intelligas rectam fidem: folium autem ejus, est plena observatio mandatorum. *Et folium ejus non defluet,* non decidet. *Et omnia quæcunque faciet prosperabuntur.* Nulla enim secundum Deum actio utilitate caret. [Tempus dandi, accipientis opportunitas est.]

Διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς ἐν κρίσει. Διὰ τοῦτο μὲν, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ῥίζαν, ἀλλ' ὁμοίους εἶ-

5. *Ideo non resurgent impii in judicio.* Nimirum quia non habent radicem, sed similes sont pulveri

[55] Matth. XXIII, 3. [56] Joan. VII, 37. [56] Prov. III, 18.

Digitized by Google

terræ a ventis agitato. Ventum autem intelligas Dei comminationem, qua dicit [87] : *Discedite a me, maledicti, in ignem æternum.* Qui tali audita voce jure decident, non enim constitere in Christo, qui credentium fulcrum est ac fundamentum. Nam in judicio ait, non in interrogatione. *In concilio justorum*, ait. Nam separabit justos a peccatoribus.

A ναι χοῖ γῆς ὑπὸ ἀνέμου ῥιπιζομένῳ· ἄνεμον δὲ νοήσεις τὴν ἀπειλὴν τοῦ Θεοῦ τὴν λέγουσαν· *Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ, οἱ κατηραμένοι, εἰς πῦρ τὸ αἰώνιον.* Οἱ τὴν αὐτὴν ἀκούσαντες φωνὴν καταπεσοῦνται δικαίως· οὐ γὰρ ἐστήκασιν εἰς Χριστὸν, ὃς ἐστι πιστευόντων στήριγμα καὶ θεμέλιος· τὸ γὰρ εἰς κρίσιν φησὶν, οὐκ εἰς ἐρώτησιν. *Ἐν τῇ συναγωγῇ δικαίων*, λέγει· ἀφορίζει γὰρ τοὺς δικαίους ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν

6. *Quoniam norit Dominus viam justorum. Novit*, ibi positum est pro, *honorat*; secundum id quod dictum a Deo est ad Mosem [88] : *Novi te præ omnibus*, quasi dicat : honoro te, et invenisti gratiam coram me.

Ὅτι γινώσκει Κύριος ὁδὸν δικαίων. Τὸ, *γινώσκει*, ἀντὶ τοῦ, *τιμᾷ*, κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ Θεοῦ εἰς Μωσῆν· *Γινώσκω σε παρὰ πάντας*· ἀντὶ τοῦ τιμῶ σε, καὶ εὗρες χάριν ἐν ἐμοί.

PSALMUS II Davidi: caret inscriptione apud Hebræos.

Argumentum.

ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυὶδ ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις.

Β'.

B *Ὑπόθεσις.*

Postquam in primo psalmo Judaicæ gentis principes vocavit impios, peccatores et pestilentes; in hoc iterum eorum opera recenset hujusmodi usus nominibus, ipsis optime congruentibus. [Postquam primum psalmum per impiorum memoriam concluserat, eorumdem mentione secundum iniit psalmum, docens supra memoratum impiorum finem eos, qui furore in Salvatorem acti sunt, excepturum.]

Ἐν τῷ πρώτῳ ψαλμῷ ἀσεβεῖς τε καὶ ἁμαρτωλοὺς καὶ λοιμοὺς ἀποφηνάμενος τοὺς ἄρχοντας τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, ἐν τούτῳ πάλιν δείκνυσι τὰς πράξεις διὰ τῶν τοιούτων ὀνομάτων, ὧν γεγόνασι μέτοχοι. [Μνήμῃ τῶν ἀσεβῶν συμπεράνας τὸν πρῶτον ψαλμὸν, ἐκ ταύτης πάλιν τοῦ β' τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο, διδάσκων, ὅτι τὸ προειρημένον τῶν ἀσεβῶν τέλος καὶ τοὺς κατὰ τοῦ Σωτῆρος λυττήσαντας ὑποδέξεται.]

1. *Quare fremuerunt gentes*, etc. Fremitum vocat brutam ferocitatem. Illud autem, *quare*, in communi dicitur, ut intelligatur etiam : *Quare populi meditati sunt inania?* Et qui, quæso, non inanis ipsis fuerit hujusmodi meditatio, utpote qui Salvatorem C generis sui non acceperint?

Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά; Φρύαγμα τὸ ἄλογον φρόνημα. Ἀπὸ κοινοῦ τὸ, *ἵνα τί*, τουτέστι· *Διὰ τί οἱ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά;* Πῶς γὰρ οὐ κενὰ γέγονεν αὐτοῖς ἡ μελέτη μὴ δεξαμένοις τὸν Σωτῆρα τοῦ γένους;

[Quæ, ait, causa tanti odii, ut in unum concurrant gentes et populi? Illud enim, *fremuerunt*, significat, tantum superbierunt, quod est cum tumore et arrogantia turbas movere et tumultuari. Translatusque est hic loquendi modus a bruto equorum impetu, nullum decorem servante, quod Judæis contigit adversus Christum insurgentibus. Quæ causa est quod in unum concurrant gentes et populi? forte etiam Israelitas vocat gentes et populos, sive Herodem et Pilatum quasi ethnicos, Judæos ut populos memorat.]

[Τίς, φησὶν, ἡ αἰτία τοσούτου μίσους εἰς ταυτὸ συνδραμεῖν ἔθνη καὶ λαούς; Τὸ γὰρ, *ἐφρύαξαν*, κατὰ τοσοῦτο ὑπερηφανεύσαντο, σημαίνει τὸ μετ' ἐπάρσεως καὶ μεγαλαυχίας τινὸς ταράσσεσθαι καὶ θορυβεῖσθαι. Μετενεχθὲν ἀπὸ τῆς ἀλόγου τῶν ἵππων ὁρμῆς ἐπ' οὐδενὶ τῶν δεόντων· ὃ συνέβη τοῖς Ἰουδαίοις ἐπὶ Χριστοῦ. Τί τὸ αἴτιον εἰς ταυτὸ συνδραμεῖν ἔθνη καὶ λαούς; Εἴτε γὰρ τοὺς Ἰσραηλίτας φησὶ ἔθνη καὶ λαοὺς, εἴτε τοὺς περὶ Ἡρώδην καὶ Πιλᾶτον ὡς ἐθνικοὺς, καὶ λαοὺς τοὺς Ἰουδαίους.]

[*Astiterunt reges terræ.* Ac si diceret, sese suopte consillo ad id negotii destinarunt reges, Herodes nempe et Pontius Pilatus. Ita sancti apostoli in Actibus interpretati sunt.]

[*Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς.* Τὸ, *παρέστησαν*, ἀντὶ τοῦ, ἑαυτοὺς πρὸς τοῦτο ἀφώρισαν D βασιλεῖς Ἡρώδης τε καὶ Πόντιος Πιλᾶτος. Οὕτως καὶ οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι ἐν ταῖς Πράξεσιν ἡρμήνευσαν.]

2. *Et principes convenerunt in unum.* Supradicti scilicet ordines : scribæ nimirum, Pharisæi et legisperiti. *Adversus Dominum et adversus Christum ejus.* Insidiæ enim in Christum paratæ, in ipsum quoque Patrem vertunt. Nam si Pater in Filio et Filius in Patre, quomodo non una in utrumque vertatur contumelia?

Καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτό. Τὰ προλεχθέντα τάγματα· γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι καὶ νομικοί. *Κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ.* Ἡ γὰρ εἰς τὸν Χριστὸν ἐπιβουλὴ καὶ εἰς αὐτὸν ἀνατρέχει τὸν Πατέρα. Εἰ γὰρ ὁ Πατὴρ ἐν τῷ Υἱῷ καὶ ὁ Υἱὸς ἐν τῷ Πατρὶ, πῶς οὐ καὶ μία ἡ εἰς αὐτοὺς ὕβρις γένοιτ' ἄν;

Adjicit Daniel Barbarus : Nam præpositiones duæ, et articuli duo, duas quoque personas inducunt : Patrem nimirum, et Filium, juxta illud, quod a Christo dictum est [89] : *Qui me recipit, recipit eum qui me misit; et qui me spernit, ambos spernit.*

Οὗτος ὁ πτωχὸς ἐκέκραξε, καὶ ὁ Κύριος εἰσήκουσεν αὐτόν. Μάθετε, φησὶν, ἐκ τῶν κατ' ἐμὲ θαῤῥεῖν τῷ τῶν ὅλων Θεῷ. Εὐτελῆ γὰρ ὄντα με καὶ προδατέα, τῆς οἰκείας προμηθείας ἠξίωσε, καὶ κρείττονα τῶν πολεμούντων ἀπέφηνε.

Παρεμβαλεῖ ἄγγελος Κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ ῥύσεται αὐτούς. Τοῦτο συμφωνεῖ καὶ τοῦ Ἀποστόλου τοῖς ῥήμασι· περὶ γὰρ τῶν ἀγγέλων οὗτός φησιν· *Οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα εἰς λειτουργίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν.* Οὕτω καὶ ὁ μακάριος Ἰακὼβ προσευχόμενός φησιν· *Ὁ ἄγγελος ὁ ῥυσάμενός με ἐκ πάντων τῶν κακῶν μου.* Οὕτω καὶ ὁ πατριάρχης Ἀβραὰμ πρὸς τὸν θαυμάσιον οἰκέτην ἔφη· *Κύριος ὁ Θεὸς ἀποστελεῖ τὸν ἄγγελον αὐτοῦ πρὸ προσώπου σου, καὶ λήψῃ γυναῖκα τῷ υἱῷ μου Ἰσαὰκ ἐκεῖθεν.* Οὕτω καὶ ὁ μακάριος λέγει Ζαχαρίας· *Ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐμοί.*

Γεύσασθε, καὶ ἴδετε, ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος. Τοῦ ἀληθινοῦ ἄρτου, φησὶ, γεύσασθε, τοῦ καταβάντος ἐξ οὐρανοῦ. *Μακάριος ἀνὴρ ὃς ἐλπίζει ἐπ' αὐτόν·* ἕξει γὰρ τὴν μέλλουσαν ζωήν.

Πλούσιοι ἐπτώχευσαν καὶ ἐπείνασαν. Δηλονότι ὁ τῶν Ἰουδαίων λαός. *Οἱ δὲ ἐκζητοῦντες τὸν Κύριον οὐκ ἐλαττωθήσονται παντὸς ἀγαθοῦ.* Τὸν ἕτερον λέγει τὸν τῶν ἐθνῶν.

Δεῦτε, τέκνα, ἀκούσατέ μου· φόβον Κυρίου διδάξω ὑμᾶς . . . . . καὶ χεῖλη σου τοῦ μὴ λαλῆσαι δόλον. Διδασκαλίαν ἐθνῶν παρατίθεται, ἧς πρῶτον τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ εἶναί φησι· δεύτερον τὸ

[74] Hebr. I. 14 [75] Gen. XLVIII, 15. [76] Gen. XXIV. 40. [77] Zachar. II, 3.

Digitized by Google

μὴ καταλαλεῖν ἀδελφοῦ· τρίτον, δόλου παντὸς παύειν τὴ γλῶσσαν· τέταρτον, ἀποχὴν παντὸς κακοῦ καὶ ἐπιτήδευσιν ἀγαθοῦ ἐν ἅπασιν. Ἐφ' ἅπασι δὲ τούτοις, εἰρήνην ἐπιδιώκειν καὶ ἀντέχεσθαι αὐτῆς. Εἰρήνη δὲ ὁ Χριστός. Τούτων δὲ τὴν ἐπιτήδευσιν ζωὴν εἶναι λέγει καὶ ἡμέρας ἀγαθάς.

A tertio, ab omni doloso dicto labia coercere; quarto, abstinere ab omni malo, et curam in omnibus agendi boni habere. Ad hæc omnia, pacem persequi et adipisci. Pax autem Christus est. Harumce rerum sollicitudinem, ait vitam esse et dies bonos.

www.libtool.com.cn

Ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν· ζήτησον εἰρήνην, καὶ δίωξον αὐτήν. Τὸ, *ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ*, ὁ φόβος διδάσκει· τὸ δὲ, *ποίησον ἀγαθόν*, ἡ ἀγάπη. Διὸ μείζων ὁ ἀγαπῶν τοῦ φοβουμένου.

14. *Declina a malo et fac bonum : inquire pacem, et persequere eam.* Illud, *declina a malo*, docet timor : hoc vero, *et fac bonum*, amor. Quare amans timente præstantior.

Ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ ὦτα αὐτοῦ εἰς δέησιν αὐτῶν. Μέγαν τῇ ἐπιτηδεύσει τῆς ἀρετῆς ἀπεδέδωκε μισθὸν, τὸ ἐπόπτην ἔχειν Θεόν.

15. *Oculi Domini super justos, et aures ejus in preces eorum.* Magnam studio virtutis tribuit mercedem, quod scilicet inspectorem et tutorem habeant Deum.

Φυλάσσει Κύριος πάντα τὰ ὀστᾶ αὐτῶν. Ὀστᾶ φησι τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις. Αὐτὰ δέ εἰσι δικαιοσύνη, καρτερία, εὐσέβεια καὶ πᾶσα, ὡς εἰπεῖν, ἀρετή.

21. *Custodit Dominus omnia ossa eorum.* Ossa virtutes animi dicit. Ipsa vero sunt justitia, perseverantia, pietas, et, ut dicam, virtus omnis.

Θάνατος ἁμαρτωλῶν πονηρός. Τὸν τῆς ψυχῆς θάνατόν φησιν, ὃν καὶ διαδέξεται πῦρ αἰώνιον, σκότος ἐξώτερον, ἀκοίμητος σκώληξ, κλαυθμὸς καὶ ὀδυρμὸς τῶν ὀδόντων. Γέεννα γὰρ αὐτοὺς καὶ σκότος διαδέχεται

22. *Mors peccatorum pessima.* Animæ mortem intelligit, quam excipient ignis æternus, tenebræ exteriores, vermis nunquam moriturus, fletus et stridor dentium. Gehenna quippe et tenebræ eos excipiunt.

ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυΐδ. ΛΔ'.

PSALMUS David. XXXIV.

Ὑπόθεσις.

Argumentum.

Ἐκ προσώπου τοῦ πεποιθότος ἐπὶ Θεὸν καὶ πολεμουμένου ὑπὸ τῶν ἀφανῶν δυνάμεων τὰ προκείμενα λέγεται, ἢ καὶ ἐκ τοῦ χοροῦ τῶν ἀποστόλων. Εἰσάγεται δὲ καὶ πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ, τὰ ἐπὶ τῷ πάθει παρὰ τῶν Ἰουδαίων εἰς αὐτὸν γεγενημένα διηγουμένου, πρὸς ὑπομονὴν καὶ καρτερίαν τῶν πολεμουμένων διὰ Θεόν.

Proposita verba dicuntur ex persona ejus qui Deo confidens ab occultis potestatibus oppugnatur, aut fortasse ex persona chori apostolorum. Inducitur item persona Christi ea enarrantis quæ sibi tempore Passionis a Judæis illata sunt mala, ad patientiæ et perseverantiæ hortamentum iis qui propter Deum impugnantur.

Δίκασον, Κύριε, τοὺς ἀδικοῦντάς με, πολέμησον τοὺς πολεμοῦντάς με. Τῷ προσώπῳ τῶν ἀποστόλων ἁρμόσει ἡ πρόσοδος.

1. *Judica, Domine, nocentes me, expugna impugnantes me.* Personæ apostolorum convenit supplicatio.

Τοὺς Ἰουδαίους φησὶν, οἱ μὴ ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς εἰρήνην, πολέμους ἔχουσι, καὶ πολεμοῦσι Χριστὸν, ὃς ἐστιν εἰρήνη ἡμῶν. (*Hacienus Græca.*)

Daniel Barbarus. Oppugnantes Judæos intelligit, qui, cum in se pacem non habeant, bellum habent et oppugnant Christum, qui est pax nostra. Et expugnans Deus benefacit, hos quidem justos, illos vero amicos faciens, et impediens actiones quæ in deterius prolabuntur.

Ἐπιλαβοῦ ὅπλου καὶ θυρεοῦ, καὶ ἀνάστηθι εἰς τὴν βοήθειάν μου. Ὅπλον καὶ θυρεὸν καὶ ῥομφαίαν τιμωρητικὰς δυνάμεις αἰνίττεται, τὰς ἐκπεμπομένας παρὰ Κυρίου πρὸς ἐπικουρίαν τῶν δικαίων.

2. *Apprehende arma et scutum, et exsurge in adjutorium mihi*, etc. Arma, scutum, framea, ultrices adumbrant potestates, a Domino ad opem justis ferendam immissas.

Εἶπον τῇ ψυχῇ μου· Σωτηρία σού εἰμι ἐγώ. Τοῦτό σε, φησὶν, αἰτῶ εἰπεῖν τῇ ψυχῇ μου, ὡς γενήσῃ αὐτῇ βοηθός.

3. *Dic animæ meæ : Salus tua ego sum.* Id te rogo, inquit, ut animæ meæ dicas te illi adjutorem futurum.

Ἀποστραφήτωσαν εἰς τὰ ὀπίσω. Εὐεργετοῦνται οἱ ἀπὸ τῆς ἀρετῆς ἐπὶ τὴν κακίαν ὁδεύοντες, ἐὰν εἰς τὰ ὀπίσω ἐπιστραφῶσιν.

4. *Avertantur retrorsum.* Bene agitur cum iis qui ex virtute ad malitiam transmeant, si convertantur retrorsum.

Ἐλθέτω αὐτῷ ἡ παγὶς ἣν οὐ γινώσκει, καὶ ἡ θήρα ἣν ἔκρυψεν συλλαβέτω αὐτὸν, καὶ ἐν τῇ παγίδι πεσεῖται ἐν αὐτῇ. Ἀντεστράφη γὰρ εἰς κεφαλὰς πονηρῶν ἡ παγίς. Θηρεύσαντες γὰρ, εἰς θάνατον ἐπηγρεύθησαν, καὶ θανάτῳ παραδίδονται.

8. *Veniat illi laqueus quem ignorat, et captio quam abscondit apprehendat eum, et in laqueum cadat in ipsum.* In caput iniquorum laqueus conversus est. Cum enim ad mortem venarentur, ipsi contra capti sunt et morti traditi.

Ἡ δὲ ψυχή μου ἀγαλλιάσεται ἐπὶ τῷ Κυρίῳ. Οἱ μὲν οὖν τὴν πάγην ἐξηρτυκότες, καὶ τὸ τῆς διαφθορᾶς κατὰ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ συθέντες σκεύωρημα, τὰς τῆς εἰς αὐτὸν παροινίας

9. *Anima autem mea exsultabit in Domino.* Qui laqueum paraverunt, et perniciem omnium nostrum Salvatori Christo moliti sunt, facinoris in ipsum, modis nuper a nobis descriptis, pœnas luent. At

Digitized by Google

anima mea, inquit, omni malo semper libera erit, perpetuo apud Deum fruens gaudio, et delectata super salutari ejus.

εἰσπραχθήσονται δίκας, κατά γε τοὺς ἀρτίως ἡμῖν εἰρημένους τρόπους· ἡ δέ γε ἐμὴ ψυχή, φησὶν, ἔξω παντὸς ἔσται δεινοῦ διηνεκές· ἥγουν ἀκατάληκτον ἔχουσα τὸ χαίρειν ἐπὶ Θεῷ, καὶ κατευφραίνεσθαι λίαν ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ αὐτοῦ.

Daniel Barbarus : Omnia ossa, id est, omnes homines.

www.ibtoo1.com.cn

10, 11. *Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam interrogabant me.* Hinc inducitur Christi persona ad tribunal principum sacerdotum falso delati.

Ἀναστάντες μοι μάρτυρες ἄδικοι, ἃ οὐκ ἐγίγνωσκον ἠρώτων με. Ἐντεῦθεν εἰσάγεται τὸ τοῦ Χριστοῦ πρόσωπον παρὰ τῇ κρίσει τῶν ἀρχιερέων συκοφαντουμένου.

Retribuebant mihi mala pro bonis et sterilitatem animæ meæ. Hoc ait, quia indigni visi sunt illi vocari filii Dei, quod maxime omnium prædicat juxta illud : *Quoties volui congregare filios tuos* [18] !

Ἀνταπεδίδοσάν μοι πονηρὰ ἀντὶ ἀγαθῶν καὶ ἀτεκνίαν τῇ ψυχῇ μου. Τοῦτό φησι, διὰ τὸ ἀναξίους αὐτοὺς ὀφθῆναι τοῦ κληθῆναι τέκνα Θεοῦ· ὅπερ μάλιστα ἐγνώριζεν αὐτὸς κατὰ τὸ, *Ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυνάγειν τὰ τέκνα σου!*

12. *Ego autem, cum mihi molesti essent, induebar cilicio.* Lugebat enim eorum perniciem, ita ut doleret, vehementer angeretur, lacrymaretur, oraret pro peccato eorum.

Ἐγὼ δὲ, ἐν τῷ αὐτοὺς παρενοχλεῖν μοι, ἐνεδυόμην σάκκον. Ἐπένθει γὰρ αὐτῶν τὴν ἀπώλειαν, ὡς καὶ λυπεῖσθαι, καὶ ἀδημονεῖν, καὶ δακρύειν, καὶ προσεύχεσθαι ὑπὲρ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν.

13. *Et humiliabam in jejunio animam meam.* Ut confirmaret incarnationem, noluit jejunio abstinere. *Et oratio mea in sinu meo convertetur.* Hoc fortasse innuit illos in peccato persistere. Nihil enim, inquit, profuit ipsis precatio mea, quam ex ingenti ignorantia ad me quasi reflecti effecerunt.

Καὶ ἐταπείνουν ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχήν μου. Βεβαιῶν τὴν ἐνανθρώπησιν, καὶ νηστείας οὐκ ἀπέσχετο. *Καὶ ἡ προσευχή μου εἰς κόλπον μου ἀποστραφήσεται.* Τοῦτο σημαντικὸν εἴη τοῦ ἐναπομεῖναι ἐκείνους τῇ ἁμαρτίᾳ. Οὐδὲν γὰρ ὠφελήθησαν, φησὶ, τῇ ὑπερβολῇ τῆς ἀγνοίας, τὴν προσευχὴν ὥσπερ ἐπανακάμψαι ποιήσαντες.

14. *Quasi proximum et quasi fratrem nostrum sic complacebam.* Quasi fratrem, inquit, et amicum, ita curabam eos beneficio demereri, volens eos ad sanitatem reducere : quapropter illorum causa lugebam.

Ὡς πλησίον, ὡς ἀδελφὸν ἡμέτερον, οὕτως εὐηρέστουν. Ὥσπερ ἀδελφὸν, φησὶ, καὶ φίλον, οὕτως ἐσπούδαζον εὐεργετεῖν αὐτοὺς, βουλόμενος θεραπεύειν· διὸ καὶ ἐπένθουν ὑπὲρ αὐτῶν.

15. *Et adversum me lætati sunt et convenerunt.* Hæc, inquit, mihi opsonia, quod eorum causam dolerem, retribuerunt. *Congregata sunt super me flagella, et ignoravi.* Nullam enim causam cur me flagellis cæderent comperiebam.

Καὶ κατ' ἐμοῦ εὐφράνθησαν, καὶ συνήχθησαν. Ταῦτά μοι, φησὶ, τῆς ὑπὲρ αὐτῶν ὀδύνης ἀπεδίδουν τὰ ὀψόνια. *Συνήχθησαν ἐπ' ἐμὲ μάστιγες, καὶ οὐκ ἔγνων.* Μαστίζοντές με, φησὶ, οὐκ ἐγίνωσκον οὐδὲ εὕρισκον αἰτίαν οὐδεμίαν κατ' ἐμοῦ.

16. *Dissipati sunt, nec compuncti*, etc. In varias scilicet multitudo abiit sententias, ut ait evangelista, aliis bonum, aliis malum esse dicentibus. Hisque tamen gestis nequaquam compuncti sunt, neque intellexerunt contra quem talia admitterent. Hoc autem non accusando profert, sed exoptans auxilium dari sibi. Quando, inquit, apparebis et injuria affectum ulciscéris ?

Διεσχίσθησαν, καὶ οὐ κατενύγησαν. Ἐμερίσθη γὰρ τὸ πλῆθος, ὡς ὁ εὐαγγελιστής φησι, τῶν μὲν ἀγαθὸν εἶναι λεγόντων, τῶν δὲ πονηρόν. Καὶ τούτων γινομένων, φησὶν, οὐ κατενύγησαν, οὐδὲ συνῆκαν κατὰ τίνος αἱ πράξεις. Τοῦτο δὲ οὐκ ἐγκαλῶν εἶπεν, ἀλλὰ ποθῶν τὴν βοήθειαν. Πότε, φησὶν, ἐπιφανῇ καὶ ἐπαμυνεῖς ἀδικουμένῳ ;

17. *Restitue animam meam a malignitate eorum.* Quæcunque patitur aut loquitur, id pro nostra salute admittit. Quia descendit ipse scilicet Christus et pro nobis est incarnatus. *A leonibus unicam meam.* Leones vocat aut malas et adversarias potestates, quæ tantum non rugiebant in Christum, aut fortasse Judæorum magistratus; ita enim memorat eos per vocem Jeremiæ : *Facta est hæreditas mea quasi leo in silva, quamobrem odio habui illam* [19]. Unicam autem appellat animam suam, ponendo *unicam* pro *dilectam*. Solet enim ingens amor unigenitorum esse.

Ἀποκατάστησον τὴν ψυχήν μου ἀπὸ τῆς κακουργίας αὐτῶν. Πάντα ὅσα πάσχει ἢ λέγει, ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ποιεῖ, διὰ τὸ κατελθεῖν αὐτὸν, ἤγουν τὸν Χριστὸν, καὶ σαρκωθῆναι ἐξ ἡμῶν. *Ἀπὸ λεόντων τὴν μονογενῆ μου.* Λεόντας φησὶ τὰς πονηρὰς καὶ ἀντικειμένας δυνάμεις, αἳ μόνον οὐχὶ κατεβρυχήσαντο τοῦ Χριστοῦ, ἢ τάχα που καὶ αὐτοὺς τοὺς τῶν Ἰουδαίων καθηγητάς. Οὕτω γὰρ αὐτῶν διαμνημονεύει λέγων διὰ φωνῆς Ἱερεμίας· *Ἐγενήθη ἡ κληρονομία μου ὡς λέων ἐν δρυμῷ· διὰ τοῦτο ἐμίσησα αὐτήν.* Μονογενῆ μὲν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ὀνομάζει, τὸ *μονογενὲς* τιθεὶς ἀντὶ τοῦ *ἠγαπημένην.* Ἀεὶ γὰρ πώς ἐστιν ἐν ἀγάπῃ πλείστῃ τὸ μονογενὲς ἐν τέκνοις.

[18] Matth. xxiii, 37. [19] Jerem. xii, 8.

Digitized by Google

Οἱ μισοῦντές με δωρεὰν καὶ διαρεύοντες ὀφθαλμοῖς. Ἀντὶ τοῦ, συντιθέντες δόλους.

Ὅτι ἐμοὶ μὲν εἰρηνικὰ ἐλάλουν, καὶ ἐπ' ὀργὴν δόλους διελογίζοντο. Τὸ, Διδάσκαλε ἀγαθέ· καὶ, Ὅτι οἶδαμεν ὅτι τὴν ἀλήθειαν διδάσκεις, καὶ ὅτι οὐ λαμβάνεις πρόσωπον ἀνθρώπου.

Καὶ ἐπλάτυναν ἐπ' ἐμὲ τὸ στόμα αὐτῶν. Τὰς βλασφημίας τὰς ἐπὶ τῷ σταυρῷ γινομένας φησίν. Εἶπον· Εὖγε, εὖγε, εἶδον οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν. Ὡς κατ' εὐχὴν αὐτοῖς τοῦ πέρατος ἐκβεβηκότος, τὸ κρεμασθῆναι αὐτὸν ἐπὶ τοῦ ξύλου. Τοῦτο δὲ ποιοῦσι καὶ οἱ ἐπιχαλλόμενοι τῇ θλίψει τοῦ δικαίου.

Εἶδες, Κύριε, μὴ παρασιωπήσῃς, Κύριε, μὴ ἀποστῇς ἀπ' ἐμοῦ. Ἄνθρωπος γενόμενος ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, οὐκ ἀποβαλὼν τὸ εἶναι Θεὸς, αἰτεῖ ὑπὲρ τῆς εἰς ἡμᾶς ἀδικίας γενομένης ὑπὸ τῶν δαιμόνων δικαστὴν γενόμενον τὸν Πατέρα, αἰτεῖ ἀποσοφίσαι τῶν ὑπερηφάνων τὴν ὕβριν. Οὕτω γὰρ οἱ μὲν εἰς αἰσχύνην ἀποστραφήσονται, φησὶν, οἱ δὲ ἀγαλλιάσονται, τὰς ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ ἀνατιθέντες εὐχαριστίας.

Εἰς τέλος τῷ δούλῳ Κυρίου τῷ Δαυΐδ.

ΨΑΛΜΟΣ ΛΕ'.

Ὑπόθεσις.

Κατηγορίαν περιέχει ὁ παρὼν ψαλμὸς τῆς ὑπερηφανίας τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων, καὶ τῆς κακίας ἔλεγχον· καὶ μὴν καὶ ὑμνολογίαν τῶν δικαίων κριμάτων, δι' ὧν ἐποίησε τὴν ὑπ' οὐρανόν· πρὸς δὲ τούτοις καὶ εὐχαριστίας πρὸς τὸν Πατέρα ὑπὲρ ὧν εὐηργέτησε διὰ Ἰησοῦ· ἐφ' ἅπασι δὲ τούτοις εὐχὴν ἀσφαλιζομένην τοῦ μὴ πεσεῖν εἰς ὑπερηφανίαν.

Φησὶν ὁ παράνομος (10) τοῦ ἁμαρτάνειν ἐν ἑαυτῷ. Οἴεται, φησὶν, ὁ κακίᾳ συντεθραμμένος μηδένα θεωρεῖν τῆς ψυχῆς αὐτοῦ κεκρυμμένα βουλεύματα. Τὸ γὰρ, φησὶν, ἀντὶ τοῦ, ἡγεῖται ἢ ὑπολαμβάνει, τέθεικεν. Αἴτιον δὲ τῆς τοιαύτης ἀναλγησίας τὸ μὴ δεδιέναι τὸν πάντα ἐφορῶντα δεσπότην. Οὐκ ἔστι φόβος Θεοῦ ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ. Ἅπαξ προθέμενος, φησὶ, τοῦ παρανομεῖν, ἔξω τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ τὸν τοῦ Θεοῦ τίθεται φόβον. Τῷ γὰρ φόβῳ Κυρίου ἐκκλίνει πᾶς ἀπὸ κακοῦ.

Ὅτι ἐδόλωσεν ἐνώπιον αὐτοῦ. Ἐκὼν δὲ ταύτην ἔχει τὴν ἄγνοιαν, οὐ βουλόμενος λογιστεῦσαι τὰ πεπραγμένα, καὶ μισῆσαι τὰ κακῶς πεπραγμένα. Τοῦ εὑρεῖν τὴν ἀνομίαν αὐτοῦ καὶ μισῆσαι. Οὐδὲ τοῦτο, φησὶ, λογίζεται, ὅτι ὁ Θεὸς εὑρίσκει τὴν ἁμαρτίαν αὐτοῦ, καὶ εὑρὼν αὐτὴν, μισεῖ καὶ αὐτὴν καὶ αὐτόν.

Τὰ ῥήματα τοῦ στόματος αὐτοῦ ἀνομία καὶ δόλος. Ἀνομίαν μὲν, δι' ἃς ἐπήγαγον ὕβρεις Χριστῷ· δόλον δὲ, ὅτι καὶ παγιδεύειν αὐτὸν βουλόμενοι, χρηστοῖς προσίεσαν λόγοις. Οὐκ ἠβουλήθη συνιέναι τοῦ ἀγαθῦναι. Ἐκὼν, φησὶν, ἑαυτὸν ἔξωσε τοῦ εὐπραγῆσαι.

Ἀνομίαν διελογίσατο ἐπὶ τῆς κοίτης αὐτοῦ· παρέστη πάσῃ ὁδῷ οὐκ ἀγαθῇ. Τὸ ἄϋπνον αὐτῶν

19. *Qui oderunt me gratis et annuunt oculis.* Quasi diceret : Qui dolos struunt.

20. *Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur, et in ira dolos cogitabant.* Illud scilicet, *Magister bone* [80]; et : *Scimus quoniam veritatem doces et non accipis personam hominis* [81].

21. *Et dilataverunt super me os suum.* Blasphemia dicta dum in cruce penderet in se conjecta memorat. *Dixerunt : Euge, euge, viderunt oculi nostri.* Ac si optatum haberent exitum, quando is ligno suspensus fuerat. Idipsum autem agunt qui exsultant de calamitate justi.

22. *Vidisti, Domine, ne sileas ; Domine, ne discedas a me.* Homo factum unigenitum Dei Verbum, non amittens esse Deus, rogat injuriæ causa nobis per dæmones illatæ judicem Patrem. Rogat dissipari superborum contumeliam. Ita enim alii in pudorem vertentur, inquit ; alii exsultabunt gratias de data salute agentes.

1. *In finem servo Domini ipsi Davîd.*

PSALMUS XXXV.

Argumentum

Superbiæ Judaici populi accusationem continet hic psalmus, et malitiæ eorum confutationem, atque justa Dei judicia decantat, quod orbem condiderit. Ad hæc etiam gratiarum actionem Patri offert pro beneficiis per Jesum collatis : super his omnibus precationem ad cavendam superbiam.

Dixit injustus ut delinquat in semetipso. Arbitratur, inquit, qui in malitia educatus est, occulta animi ipsius consilia neminem conspicere. Nam illud, *dixit*, pro *existimat*, aut *arbitratur*, positum. Tantæ porro indolentiæ causa est, quod omnium inspectorem Dominum non reformidet. *Non est timor Dei ante oculos ejus.* Cum semel, inquit, peccandi propositum admiserit, a conspectu oculorum Dei timorem amovet. Nam timore Domini declinat quilibet a malo.

2. *Quoniam dolose egit in conspectu ejus.* Libens eam admittit ignorantiam, nolens gesta sua secum reputare, nec prave commissa aversari. *Ut inveniatur iniquitas ejus ad odium.* Neque illud, inquit, considerat, quod scilicet Deus peccatum ejus deprehendat, atque eo deprehenso et peccatum et peccatorem odio habeat.

3. *Verba oris ejus iniquitas et dolus. Iniquitas*, propter oblatas Christo contumelias ; *dolus* autem, cum volentes illum irretire, blandis illum sermonibus compellabant. *Noluit intelligere ut bene ageret.* Libens, inquit, sese a bono opere cohibuit.

4. *Iniquitatem meditatus est in cubili suo : astitit omni viæ non bonæ.* Vigiles et insomnes noctes

[80] Luc. XVIII, 18. [81] Matth. XXII, 16.

(10) Hæc in Ambros. adnotantur, quæ ad vers. 4 spectant : Τὸ ἄϋπνον αὐτῶν τῆς εἰς Χριστὸν ἐπιβουλῆς σημαίνει. *Significat eorum vigilantiam in parandis adversus Christum insidiis.*

Digitized by Google

corum qui Christo insidias parabant significat. *Malitiam autem non odivit.* Ac si diceret, malitiam non aversatus est.

5. *Domine, in cœlo misericordia tua.* Declarat ex misericordia ejus cœlestia, id est rationabiles potestates consistere. *Et veritas tua usque ad nubes.*

6. *Justitia tua sicut montes Dei.* Veras, inquit, et firmas esse prophetarum promissiones ostendisti. Nubes enim sunt prophetæ : veras autem eas ostendisti, tantam exhibens vim justitiæ, ut montibus Dei comparari possit. *Judicia tua abyssus multa.* Cum tanta veritas atque justitia insit tibi, ignoro quæ causa sit quod tandiu toleres. Nam judicia tua inaspectabilem abyssi profunditatem imitantur. Nam sicut ejus profunditas ab hominibus percipi nequit, ita judiciorum tuorum cogitatio extra capium hominis est.

7. *Homines et jumenta salvabis, Domine.* Postquam de duobus populis hæc Apostolus dixisset [82] : *Conclusit Dominus omnes in incredulitate, ut omnes salvos faceret,* subjunxit : *Quam incomprehensibilia sunt judicia tua !* Simile hic habetur : nam duorum populorum, qui etiam per homines et jumenta significantur, salutem enarraturus : hominum scilicet Israelitarum qui instituti in lege sunt, et præstantiora cogitant : jumentorum autem, gentium nempe, utpote irrationabiliorum ; Judæi enim mysterium per leges et prophetas edocti exciderunt, gentes vero quæ nunquam illud audierant assumptæ sunt ; hac de causa antea dixit : *Judicia tua abyssus multa.* Rursum homines dicit eos qui rationabilem dignitatem servarunt ; jumenta vero, eos qui versus terram deorsum inclinantur, et terrenis pascuntur cogitatis. Non solum itaque justos, sed etiam peccatores ad salutem vocavit.

8. *Filii autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt.* Id est, te protectorem adjutoremque evangelici verbi obtinebunt.

9, 10. *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, et torrente voluptatis tuæ potabis eos,* etc. Torrens voluptatis Christus est, juxta quod dictum est [83] : *Declinabo super eos quasi torrens inundans gloriam gentium.* Est autem et fons vitæ et lumen de lumine.

12. *Non veniat mihi pes superbiæ.* Rogat nulla moveri se passione. *Et manus peccatoris non moveat me.* Neque me, inquit, pravum facinus prope te stantem dimoveat.

1. PSALMUS ipsi David. XXXVI.

Argumentum.

Doctrinam hic psalmus complectitur, abstinentiam a malis, bonorumque studium novo populo prædicans : utroque ad suadendum usus, spe scilicet præmiorum bonos spectantium, et supplicio malis reservato.

2. *Noli æmulari in malignantibus, neque zelave-*

[82] Rom. xi, 31-33. [83] Isa. lxvi, 12.

τῆς εἰς Χριστὸν ἐπιβουλῆς σημαίνει. *Κακίᾳ δὲ οὐ προσώχθησεν.* Ἀντὶ τοῦ, τὴν κακίαν οὐκ ἐμίσησε.

Κύριε, ἐν τῷ οὐρανῷ τὸ ἔλεός σου. Δείκνυσιν ὡς τῷ αὐτοῦ ἐλέει καὶ τὰ οὐράνια συνέστηκε, τουτ' ἔστιν αἱ λογικαὶ δυνάμεις. *Καὶ ἡ ἀλήθειά σου ἕως τῶν νεφελῶν.*

Ἡ δικαιοσύνη σου ὡς ὄρη Θεοῦ. Ἀληθείᾳ, φησὶ, καὶ βεβαίας τὰς διὰ τῶν προφητῶν ἐπαγγελίας ἔδειξας· νεφέλαι γὰρ οἱ προφῆται. Ἔδειξας δὲ ταύτας ἀληθείᾳ, πλῆθος δικαιοσύνης χορηγήσας τοσοῦτον, ὡς ὄρεσι παραβάλλεσθαι Θεοῦ. *Τὰ κρίματά σου ἄβυσσος πολλή.* Τοσαύτην δὲ ἔχων ἀλήθειαν καὶ δικαιοσύνην, τίνος ἕνεκεν μακροθυμεῖς ἀγνοῶ· τὸ τῆς ἀβύσσου γὰρ ἀθεώρητον μιμεῖταί σου τὰ κρίματα· καθάπερ γὰρ ἐκείνης ἀνθρώποις ἀθεώρητος ὁ βυθὸς, οὕτως ἀνέφικτος τῶν σῶν κριμάτων κατανόησις.

Ἀνθρώπους καὶ κτήνη σώσεις, Κύριε. Περὶ τῶν δύο λαῶν εἰρηκὼς ὁ Ἀπόστολος, *Συνέκλεισεν ὁ Θεὸς τοὺς πάντας εἰς ἀπείθειαν, ἵνα τοὺς πάντας σώσῃ,* ἐπήγαγεν· *Ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ !* Καὶ ἐνταῦθα ὅμοιόν ἐστιν· ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλε τῶν δύο λαῶν τὴν σωτηρίαν διηγήσασθαι, οἳ καὶ σημαίνονται διὰ τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν κτηνῶν· ἀνθρώπων μὲν τῶν ἐξ Ἰσραὴλ ὡς κατηχουμένων ἐκ τοῦ νόμου, καὶ νοούντων τὰ διαφέροντα· κτηνῶν δὲ ὡς ἀλογωτέρων τῶν ἐξ ἐθνῶν· παιδευθέντες γὰρ οἱ ἐξ Ἰουδαίων τὸ μυστήριον διὰ νόμου καὶ προφητῶν, ἐξέπεσον· οἱ δὲ οὐδέποτε ἀκηκοότες οἱ ἐξ ἐθνῶν προσελήφθησαν· τούτου χάριν προείρηκε· *Τὰ κρίματά σου ἄβυσσος πολλή.* Ἀνθρώπους λέγει πάλιν, τοὺς τὴν λογικὴν ἀξίαν φυλάττοντας· κτήνη δὲ, τοὺς εἰς γῆν κάτω νεύοντας, καὶ τὰ γήϊνα βοσκομένους φρονήματα. Οὐ μόνον οὖν δικαίους, ἀλλὰ καὶ ἁμαρτωλοὺς εἰς σωτηρίαν ἐκάλεσεν.

Οἱ δὲ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν σκέπῃ τῶν πτερύγων σου ἐλπιοῦσι. Τουτέστι, σκεπαστὴν καὶ βοηθόν σε ἕξουσι τοῦ εὐαγγελικοῦ λόγου, φησίν.

Μεθυσθήσονται ἀπὸ πιότητος οἴκου σου, καὶ τὸν χειμάρρουν τῆς τρυφῆς σου ποτιεῖς αὐτούς. Χειμάρρους τρυφῆς ἐστιν ὁ Χριστὸς κατὰ τὸ εἰρημένον· *Ἐκκλίνω ἐπ' αὐτοὺς ὡς χειμάρρους ἐπικλύζων δόξαν ἐθνῶν.* Ἔστι δὲ καὶ πηγὴ ζωῆς καὶ φῶς ἐκ φωτός.

Μὴ ἐλθέτω μοι ποῦς ὑπερηφανίας. Ἕξω τοῦ τάθους ἀξιοῖ γενέσθαι. *Καὶ χεὶρ ἁμαρτωλοῦ μὴ σαλεύσαι με.* Μηδὲ μετακινησάτω με, φησὶ, τῆς παρὰ σοὶ στάσεως πρᾶξις ἄτοπος.

ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυΐδ. ΛϚ'.

Ὑπόθεσις.

Διδασκαλίαν περιέχει ὁ ψαλμὸς, εἰσηγούμενος τῷ νέῳ λαῷ ἀποχὴν μὲν τῶν πονηρῶν, ἐπιτήδευσιν δὲ τῶν ἀγαθῶν· ἐξ ἑκατέρων πείθων, ἔκ τε τῆς τοῖς ἀγαθοῖς ἠύτρεπισμένης ἐλπίδος, ἔκ τε τῆς τοῖς πονηροῖς ἀποκειμένης κολάσεως.

Μὴ παραζήλου ἐν πονηρευομένοις, μηδὲ ζήλου

Digitized by Google

τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν. Παραινεῖ φεύγειν τὴν πονηρίαν, ὡς ἐκπτωσιν εἶναι παντὸς ἀγαθοῦ ταύτης ὑπογράφων τὸ τέλος.

Καὶ κατασκήνου τὴν γῆν, καὶ ποιμανθήσῃ ἐπὶ τῷ πλούτῳ αὐτῆς. Γῆν λέγει τὴν θεόπνευστον Γραφήν, ἐν ᾗ ὁ πλοῦτος τῶν ἁγίων, τουτέστιν αἱ ἐπαγγελίαι. Παραινεῖ διαπαντὸς τῶν θείων προσχέσθαι λογίων, ἐρωτι τῶν ἐν αὐτοῖς ἀποκειμένων τοῖς ἁγίοις ἀγαθῶν.

Ἀποκάλυψον πρὸς Κύριον τὴν ὁδόν σου, καὶ ἔλπισον ἐπ' αὐτὸν, καὶ αὐτὸς ποιήσει. Ἔσῃ, φησὶ, φανερῶς τὴν ἀρέσκουσαν αὐτῷ βαδίζων ὁδόν.

Καὶ ἐξοίσει ὡς φῶς τὴν δικαιοσύνην σου. Δῆλον γάρ ἐστιν, ὅτι ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, ὡς αὐτὸς ὁ Κύριος εἴρηκεν, ὅτι *οἱ δίκαιοι ἐκλάμψουσιν ὡς ὁ ἥλιος.* Φῶς δὲ δικαιοσύνης γνῶσις· ἐπειδὴ καὶ ἡ δικαιοσύνη κανών ἐστιν ἀρετῶν. *Καὶ τὸ κρῖμά σου ὡς μεσημβρίαν.* Ἀντὶ τοῦ· Κρινεῖ σε ἄξιον ὄντα φωτός.

Καὶ αὐτὸς ποιήσει. Ὅταν ἐπ' αὐτῷ, φησὶν, ἐλπίσῃς, τότε καὶ αὐτὸς ποιήσει. Τί δὲ ποιήσει διαδείκνυσιν ἐπενεγκών· *Ἐξοίσει ὡς φῶς τὴν δικαιοσύνην σου, καὶ τὸ κρῖμά σου ὡς μεσημβρίαν.* Τότε δὲ ἐξοίσει, φησὶν, ἀντὶ τοῦ ἐμφανῆ καταστήσει, καὶ οἷον περίοπτον ἀποφανεῖ, λαθεῖν οὐκ ἐῶν τῆς εὐζωΐας τὸ κάλλος. Ἔσται γὰρ ἅπασιν ἐναργὴς ἡ δικαιοσύνη σου δίκην φωτὸς ἀναλάμπουσα, φωτὸς μεσημβρινοῦ. Μεσημβρία γε μὴν ὀνομάζεται τῆς ἡμέρας αὐτὸ τὸ μεσαίτατον. Οὐ μόνον, φησὶ, δικαιοῖ τὸν ἐξομολογούμενον, καὶ κρῖμα αὐτῷ προσφέρει χρηστότητος, ἀλλὰ καὶ εἰς φῶς αὐτοῦ προσφέρει τὴν δικαιοσύνην· τουτέστι γνωρίζει πᾶσιν, ὅτιπερ αὐτὸν ἐδικαίωσεν. Οἷος ἦν ὁ λῃστὴς, οὗ τὸ κρῖμα ἐν μεσημβρίᾳ κατὰ τὸ μέσον τῆς ἡμέρας σταυρούμενος ὁ Ἰησοῦς ἐξήγαγε, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ δικαιοσύνην εἰς φῶς, τουτέστιν εἰς πάντων γνῶσιν ἤνεγκεν. Ἡ γὰρ ἐπ' αὐτῷ φωνὴ, *Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω σοι, σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ*, εἰς φανερὸν τῇ οἰκουμένῃ, μᾶλλον δὲ φῶς τῇ οἰκουμένῃ γεγένηται, προτροπὴ πᾶσι τοῖς ἐν μετανοίᾳ τυγχάνουσιν. Οὐκ ἔσται, φησὶ, κεκαλυμμένον τὸ τῆς δικαιοσύνης λαμπρὸν, ὥσπερ νῦν, ἀλλ' ἐπιφανὲς ὥσπερ ἥλιος ἐν μεσημβρίᾳ, ὥσπερ ὁ Κύριός φησι· *Τότε οἱ δίκαιοι λάμψουσιν ὡς ὁ ἥλιος ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Πατρὸς αὐτῶν.*

Ὑποτάγηθι τῷ Κυρίῳ καὶ ἱκέτευσον αὐτόν. Αὐτὸς μὲν, φησὶ, ἄξιον ὄντα (a) φωτὸς ἀποδείξει ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι· σὺ δὲ ἐνταῦθα ὑποτάγηθι. *Μὴ παραζήλου ἐν τῷ κατευοδουμένῳ ἐν τῇ ὁδῷ αὐτοῦ.* Μὴ μιμήσῃ, φησὶν, εὐδαιμονίαν ἐκ παρανομίας συγκροτουμένην.

[Μὴ θαύμαζε ἄνθρωπον παράνομον κατευθυνόμενον, μηδὲ μιμήσῃ εὐδαιμονίαν ἐκ παρανομίας συγκροτουμένην, μηδὲ πράττειν ἐρεθίζου τὰ ὅμοια· ἀλλ' εἰ καὶ κατὰ ῥοῦν αὐτῷ φέρεται πάντα, μὴ δάκνου μηδὲ δυσφόρει, ὅτι μὴ διδόασι δίκην οἱ πονηροὶ, ἀλλ' ἐν εὐθηνείᾳ διάγουσιν, ὡς μή τινος τὴν τίσιν εὐθύνοντος.

Κρεῖσσον ὀλίγον τῷ δικαίῳ· ἀντὶ τοῦ, μεῖζόν

ris *facientes iniquitatem*. Malitiam fugere hortatur : docens ejus finem esse lapsum ab omni bono.

3. *Et inhabita terram, et pasceris in divitiis ejus.* Terram dicit divinitus inspiratam Scripturam, in qua sitæ sanctorum divitiæ, id est promissiones. Hortatur autem ut divinis eloquiis semper hæreamus, amore ducti bonorum quæ in eis pro sanctis sunt reposita.

5. *Revela Domino viam tuam et spera in eo, et ipse faciet.* Palam, inquit, erit te per acceptam et gratam ipsi viam incedere.

6. *Et educet quasi lumen justitiam tuam.* Manifestum enim est quod in futuro sæculo, ut ipse Dominus dicit [84], *justi fulgebunt sicut sol.* Lumen autem justitiæ, cognitio; quandoquidem justitia regula virtutum est. *Et judicium tuum tanquam meridiem.* Id est, Te dignum lucis judicabit esse.

Dan. Barb. : Et ipse faciet. Ubi, inquit, in eo speraveris, tunc ipse faciet. Sed quid faciet ostendit inferens : *Et educet quasi lumen justitiam tuam et judicium tuum tanquam meridiem.* Tum vero educet, inquit, pro, manifestum reddet, et quasi conspicuum declarabit, non permittens honestæ vitæ decorem et pulchritudinem latere. Erit enim justitia tua tanquam lumen omnibus manifesta, meridiana luce splendidior. Meridies diei dimidium dicitur. Non modo, inquit, confitentem justificat, et ei clementer adjudicat, verum etiam justitiam ejus in aperto ponit, hoc est, notum omnibus facit se illum justificasse. Cujusmodi fuit latro, cujus judicium in meridie, hoc est medio die, Jesus in cruce pendens eduxit, unaque ejus justitiam in lucem, hoc est in omnium cognitionem, produxit. Nam expressa vox illa, *Amen, amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso* [85], clara mundo, atque adeo lux orbi terrarum facta est, et omnibus resipiscentibus et pœnitentibus adhortatio quædam fuit. Non enim, ait, claritas justitiæ ejus occulta erit, ut modo est, sed tanquam sol in meridie conspicua. Quemadmodum Dominus ait [86] : *Tum justi fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum.*

7. *Subditus esto Domino et ora eum.* Ipse quidem te luce dignum ostendet in futuro sæculo, tu autem hic subditus esto. *Noli æmulari in eo qui prosperatur in via sua.* Ne æmuleris, ait, felicitatem iniquitate comparatam.

[Ne admiratione capiaris viso homine iniquo prospere agente, neque æmuleris felicitatem ex injustitia acquisitam, neque stimuleris ad similia agenda : sed etiamsi omnia ipsi ex voto sponte succedant, ne doleas neu indigne feras, quasi improbi pœnas non luant, sed prospere agant, ceu nullo ultionem et castigationem inferente.

Melius est modicum justo ; ac si dicat, melior est

[84] Matth. XIII, 43. [85] Luc. XXIII, 43. [86] Matth. XIII, 43.

(a) Deest σε. EDIT.

Digitized by Google

modica Domini misericordia, quam omnes mundi divitiæ.]

8. *Desine ab ira, et derelinque furorem.* Ne respicias prosperitatem eorum, sed exspectato finem, et videbis perniciem. Ira autem est appetitus vindictæ : vindicta autem mali retributio. *Noli æmulari ut maligneris.* Probe nosti quod ii qui ad divinam se spem commiserunt, et frugi vitam delegerunt, cum tranquillitate et pace, et voluptate degunt, firmam obtinentes conscientiæ puritatem ; qui autem temporaneæ prosperitati fidunt, promptam invenient mutationem, et oblivioni penitus tradentur.

10. *Et quæres locum ejus et non invenies.* Simile dicto huic : *Impii autem radicitus peribunt* [87].

Daniel Barbarus. 11. *Mansueti autem hæreditabunt terram.* Terram hæreditabunt qui perniciosum iracundiæ affectum spiraverint. Ira enim et prudentes perdit, siquidem quominus honeste se gerant impediuntur. *Ira enim viri Dei justitiam non operatur* [88]. Cæterum ab ira et furore Dei securus est qui abstinet ab iis quæ iram et furorem concitant.

Et delectabuntur in multitudine pacis. Delectatio justi summa pax est, et est quædam ceu indolentia animi cum vera rerum scientia.

12. *Observabit peccator justum.* Hi de diabolo potest opportune accipi, atque hisce consolationem affert iis qui injuria afficiuntur. Exhibet enim peccatorem dolentem ac furentem adversus eos qui tranquillam amplexi sunt vitam ; justum vero judicem deridentem ejus gesta : quippe qui mox futuram ejus mortem prospiciat.

13. *Dominus autem irridebit eum.* Irridet, inquit, peccatorum insidias adversus justum ; sciens quidem quod diem statuit, in quo huic quidem æternam vitam, illi vero sempiternum supplicium retribuet.

14. *Gladium evaginaverunt peccatores... gladius eorum intret in corda ipsorum.* Ea, inquit, dæmones mala sunt perpessi, quæ sanctis inferre moliebantur.

18. *Novit Dominus vias immaculatorum.* Id est, approbat et honorat. *Et hæreditas eorum in æternum erit.* Incorruptæ namque et sempiternæ sunt sanctorum mercedes.

19. *Non confundentur in tempore malo.* In persecutionum, inquit, temporibus, deficientibus magistris, ipse Dominus suopte spiritu enutriet eos qui in ipsum crediderint.

[*Non confundentur in tempore malo.* Malum tempus est iræ ac furoris contra impios, quando illi quidem justum Dei judicium experientur ; justi autem gloriam, honorem, incorruptionem et vitam æternam consequentur.]

21. *Mutuabitur peccator, et non solvet.* Non gratias agit, inquit, peccator, de collatis sibi a Deo beneficiis. *Justus autem miseretur, et tribuit.* Misericordiam retributionis loco solvit, Dominum suum imitatus.

[87] Job IV, 7. [88] Jac. I, 20.

ἐστι μικρὸν ἔλεος τοῦ Κυρίου ὑπὲρ πάντα τὸν πλοῦτον τοῦ κόσμου.]

Παῦσαι ἀπὸ ὀργῆς, καὶ ἐγκατάλειπε θυμόν. Μὴ ἴδῃς αὐτῶν τὴν εὐημερίαν, ἀλλὰ πρόσμεινον τὸ τέλος, καὶ ὄψει τὸν ὄλεθρον. Ὀργὴ δέ ἐστιν ὄρεξις τιμωρίας· τιμωρία δέ ἐστι κακοῦ ἀνταπόδοσις. *Μὴ παραζήλου ὥστε πονηρεύεσθαι.* Εὖ ἴσθι, ὅτι οἱ μὲν τῆς θείας ἐλπίδος σφᾶς αὐτοὺς ἀναρτήσαντες, καὶ τὸν ἐπιεικῆ προαιρούμενοι βίον, ἐν ἀπραγμοσύνῃ καὶ εἰρήνῃ διατελοῦσι, τρυφὴν ἔχοντες μόνιμον τοῦ συνειδότος τὴν καθαρότητα· οἱ δὲ τῇ προσκαίρῳ εὐημερίᾳ θαῤῥοῦντες ταχεῖαν δέξονται τὴν μεταβολήν, καὶ λήθῃ παραδοθήσονται παντελεῖ.

Καὶ ζητήσεις τὸν τόπον αὐτοῦ, καὶ οὐ μὴ εὕρῃς. Ὅμοιον τῷ εἰρημένῳ· *Οἱ δὲ ἀσεβεῖς ὁλόῤῥιζοι ἀπολοῦνται.*

Καὶ κατατρυφήσουσιν ἐπὶ πλήθει εἰρήνης. Τρυφὴ δικαίου, πλῆθος εἰρήνης ἐστίν· ἀπάθεια δὲ ψυχῆς, μετὰ γνώσεως τῶν ὄντων ἀληθοῦς.

Παρατηρήσεται ὁ ἁμαρτωλὸς τὸν δίκαιον. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ διαβόλου ληφθῆναι πρόσφορον, καὶ διὰ τούτων παραψυχὴν τοῖς ἀδικουμένοις προσφέρει. Δείκνυσι γὰρ τὸν μὲν παράνομον λυποῦντα καὶ μεμηνότα κατὰ τῶν ἀπράγμονα βίον ἀσπαζομένων, τὸν δὲ δίκαιον κριτὴν καταγελῶντα τῆς ἐγχειρήσεως, ἅτε δὴ τὴν ταχεῖαν αὐτοῦ τελευτὴν προορῶντα.

Ὁ δὲ Κύριος ἐκγελάσεται αὐτόν. Διαγελᾷ, φησί, τὰς κατὰ τοῦ δικαίου ἐπιβουλὰς τοῦ ἁμαρτωλοῦ· εἰδὼς, ὡς ἔστησεν ἡμέραν καθ' ἣν τῷ μὲν ἀποδώσει τὴν αἰώνιον ζωὴν, τῷ δὲ τὴν αἰώνιον κόλασιν.

Ῥομφαίαν ἐσπάσαντο οἱ ἁμαρτωλοί, ἐντείνουσι τόξον αὐτῶν . . . ἡ ῥομφαία αὐτῶν εἰσέλθοι εἰς καρδίαν αὐτῶν. Ταῦτα, φησὶ, πεπόνθασιν οἱ πονηροὶ δαίμονες, ἃ ποιήσειν τοῖς ἁγίοις ἐπεβούλευσαν.

Γινώσκει Κύριος τὰς ὁδοὺς τῶν ἀμώμων. Ἀντὶ τοῦ, ἀποδέχεται καὶ τιμᾷ. *Καὶ ἡ κληρονομία αὐτῶν εἰς αἰῶνα ἔσται.* Ἄφθαρτοι γὰρ καὶ αἰώνιοι τῶν ἁγίων αἱ ἀνταποδόσεις.

Οὐ καταισχυνθήσονται ἐν καιρῷ πονηρῷ. Ἐν τοῖς τῶν διωγμῶν, φησὶ, καιροῖς, ἐκλειπόντων τῶν διδασκάλων, αὐτὸς ὁ Κύριος τῷ ἑαυτοῦ πνεύματι θρέψει τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας.

[*Οὐ καταισχυνθήσονται ἐν καιρῷ πονηρῷ.* Καιρὸς πονηρὸς ὁ τῆς κατὰ τῶν ἀσεβῶν ὀργῆς, ἐν ᾧ οἱ μὲν τῆς δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ πειραθήσονται· οἱ δὲ δόξαν καὶ τιμὴν, καὶ ἀφθαρσίαν, καὶ ζωὴν αἰώνιον ἀπολήψονται.]

Δανείζεται ὁ ἁμαρτωλὸς, καὶ οὐκ ἀποτίσει. Οὐκ ἀντιδίδωσι, φησὶν, ὁ ἁμαρτωλὸς εὐχαριστίαν ὑπὲρ ὧν εὐεργετεῖται παρὰ Θεοῦ. *Ὁ δὲ δίκαιος οἰκτείρει, καὶ δίδωσιν.* Ἀντιδίδωσι, φησὶν, οἰκτιρμοὺς, τὸν ἑαυτοῦ Δεσπότην μιμούμενος.

Digitized by Google

Ὅτι οἱ εὐλογοῦντες αὐτὸν κληρονομήσουσι γῆν. Ὅμοιον τὸ εἰρημένον πρὸς Ἀβραάμ· *Τοὺς εὐλογοῦντάς σε εὐλογήσω, καὶ τοὺς καταρωμένους σε καταράσομαι.*

Παρὰ Κυρίου τὰ διαβήματα ἀνθρώπου κατευθύνεται. Ἀποδέχεται, φησὶν, ἣν ποιεῖται κατὰ τὸν βίον πρακτικὴν πορείαν.

Ὅταν πέσῃ οὐ καταρραχθήσεται. Εἰ καὶ, φησὶν, συμβῇ ὀλίγον τι παρασφαλῆναι τὸν δίκαιον, οὐκ ἀδικηθήσεται ἔχων ἀντιστηρίζοντα τὸν Θεόν.

Οὐδὲ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ζητοῦν ἄρτους. Τοὺς νοητούς φησιν, οἵτινές εἰσιν οἱ θεῖοι λόγοι.

Καὶ κατασκήνου εἰς αἰῶνα αἰῶνος. Καὶ κληρονομήσεις, φησὶ, τὰς αἰωνίους σκηνάς.

Δίκαιοι δὲ κληρονομήσουσι γῆν. Πολλαχοῦ τῆς ἀδομένης γῆς τοῖς πραέσιν ἐμνημόνευσε, προτρεπόμενος εἰς ἐπιθυμίαν αὐτῆς.

Στόμα δικαίου μελετήσει σοφίαν. Προσήκει, φησὶν, κἂν τῇ γλώττῃ, κἂν ἐν τῇ διανοίᾳ τὰ θεῖα λόγια περιφέρειν, καὶ τὴν τούτων μελέτην ποιεῖσθαι διηνεκῶς· οὕτως γὰρ τὸ πρακτέον μανθάνων ὁ τῆς ἀρετῆς ἐραστὴς, ἀτρεμὴς μενεῖ καὶ ἀσάλευτος, τῶν καταβάλλειν ἐπιχειρούντων περιγενόμενος. Ταῦτα καὶ ἐν τῷ πρώτῳ ψαλμῷ ἔφη· *Ἀλλ' ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτὸς*, καὶ τὰ ἑξῆς. *Καὶ ἡ γλῶσσα αὐτοῦ λαλήσει κρίσιν.* Δικαιοκρισίαν οὐ τὴν δικαστικὴν, ἀλλὰ τὴν ἐξ ἁπλανοῦς καὶ ὑγιοῦς κριτηρίου.

Ὁ νόμος τοῦ Θεοῦ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, καὶ οὐχ ὑποσκελισθήσεται τὰ διαβήματα αὐτοῦ. *Κατανοεῖ ὁ ἁμαρτωλὸς τὸν δίκαιον.* Ὁ δὲ Κύριος. Διαφόρως τὰ αὐτὰ λέγει, τῇ πλείονι μελέτῃ μονιμωτέραν κατασκευάζων τὴν μνήμην. Λέγει δέ· Οὐ περιόψεται τὸν δίκαιον ὁ Δεσπότης ἐπιβουλευόμενον ὑπὸ τῶν πονηρῶν, οὐδὲ συμψηφιεῖται αὐτοῖς τὰ τοιαῦτα τολμῶσιν· ἀλλ' ὑπερπηδήσαι παρασκευάσει τὰ δίκτυα. Ταύτης ἀπήλαυσεν Ἀβραὰμ τῆς προνοίας, ὃς ἁρπαγείσης τῆς Σάρρας· ταύτης ὁ Ἰσαὰκ, αὐτὸ τοῦτο παθών· ταύτης ὁ Ἰακὼβ, ὑπ' ἀδελφοῦ καὶ κηδεστοῦ φθονούμενος· ταύτης ὁ Ἰωσὴφ, ὑπὸ φθόνου καὶ συκοφαντίας πολεμηθείς. Καὶ τί δεῖ καταλέγειν ἅπαντα; ῥᾴδιον γὰρ τοῖς φιλομαθέσι καὶ τὰ πάλαι συλλέξαι, καὶ θεωρῆσαι τὰ νέα.

Οὐδὲ μὴ καταδικάσεται αὐτὸν ὅταν κρίνηται αὐτόν. Ἀντὶ τοῦ, ἐν τῷ κρίνεσθαι αὐτόν.

Ἐν τῷ ἐξολοθρεύεσθαι ἁμαρτωλοὺς ὄψει. Ἐκπεπτωκότας, φησὶ, τοὺς ἁμαρτωλοὺς θεάσῃ.

Εἶδον τὸν ἀσεβῆ ὑπερυψούμενον, καὶ ἐπαιρόμενον ὡς τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου. Κατὰ τὸ εἰρημένον· *Σκιὰ ὁ βίος ἡμῶν.*

Καὶ παρῆλθον, καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν. Θεασάμενος, φησὶν, ἄνδρας πονηροὺς εὐημεροῦντας, ἐνενόουν πῶς τούτου ἐπέτυχον· εἶτα τοιαῦτα ἐννοῶν καὶ δεύτερα βουλευόμενος, θεωρῆσαι αὐτοὺς οὐκ ἴσχυσα· ἀλλ' οὐδὲ τὸν τόπον, ἐν ᾧ ἑστάναι ἐδόκουν, οὐκ ἠδυνάμην εὑρεῖν.

Φύλασσε ἀκακίαν, καὶ ἴδε εὐθύτητα, ὅτι ἔστιν

A 22. *Quia benedicentes ei hæreditabunt terram.* Simile huic illud ad Abraham dictum : *Benedicente te benedicam, et maledicentes te maledicam* [90].

23. *Apud Dominum gressus hominis dirigentur.* Recipit, ait, mercedem operum, quæ hanc agendo vitam edidit.

24. *Cum ceciderit non collidetur.* Etiamsi, inquit, contigerit aliquantum labi justum, nihil hinc illi mali eveniet, cum Deum habeat se confirmantem.

25. *Nec semen ejus quærens panes.* Spirituales scilicet, qui sunt divini sermones.

27. *Et inhabita in sæculum sæculi.* Et hæreditate, inquit, accipies æterna tabernacula.

29. *Justi autem hæreditabunt terram.* Plerumque B datam mansuetis terram memoravit, ad ejus concupiscentiam cohortatus.

30. *Os justi meditabitur sapientiam.* Convenit, inquit, sive lingua, sive mente divina eloquia circumferre, in eorumque meditatione assidue versari. Ita enim cum quid agendum sit edidicerit qui virtutis amans est, intrepidus immotusque manebit adversus eos qui dejicere ipsum voluerint. Hæc etiam dixit psalmo primo : *Sed in lege Domini voluntas ejus, et in lege ejus meditabitur die ac nocte* [90], etc. *Et lingua ejus loquetur judicium.* Judicium justum, non forense, sed quod in illo sano et nunquam errante tribunali fertur.

31, 32. *Lex Dei ejus in corde ipsius, et non supplantabuntur gressus ejus. Considerat peccator justum. Dominus autem*, etc. Variis eadem ipsa modis profert, majori illa cura et meditatione stabiliorem parans rei memoriam. Ait autem : Non negliget C justum Dominus improborum insidiis appetitum, neque una calculum feret cum eis talia molientibus : sed curabit ut retia ille transiliat. Hujusmodi providentia fruebatur Abraham, Sara bis rapta : eadem Isaac, qui idipsum passus est : eadem Jacob, fratre et socero invidentibus : eadem Joseph livore et calumnia impugnatus. Ecquid opus omnia recensere ? facile namque est studioso cuique et vetera colligere, et nova animadvertere.

33. *Nec damnabit eum cum judicabitur illi.* Id est, D quando sententia de illo feretur.

34. *Cum perierint peccatores videbis.* Accisos, inquit, videbis peccatores.

35. *Vidi impium superexaltatum, et elevatum sicut cedros Libani*, etc. Juxta illud dictum : *Umbra est vita nostra* [91].

36. *Et transivi, et ecce non erat.* Ubi vidi, inquit, homines improbos prospere agentes, mecum reputabam qua ratione id boni consecuti essent. Deinde vero hæc cogitans et alia mecum revolvens, eos denuo videre non potui : imo neque locum in quo consistere videbantur reperire facultas fuit.

37. *Custodi innocentiam, et vide æquitatem, quo-*

[90] Gen. XII, 3. [91] Psal. I, 2. [91] Job VIII, 9.

Digitized by Google

niam sunt reliquiæ homini pacifico. Et supplicium, inquit, improborum, et *reliquiæ*, id est hæreditas proborum, tibi suadeant ut simplicitatem et innocentiam secteris.

A ἐγκατάλειμμα ἀνθρώπῳ εἰρηνικῷ. Καὶ ἡ τιμωρία, φησὶ, τῶν πονηρῶν, καὶ τὸ ἐγκατάλειμμα, ἤτοι ἡ κληρονομία τῶν ἀγαθῶν, παρασκευαζέτω σε ἐπιτηδεύειν ἁπλότητα.

1. *PSALMUS ipsi David, in rememorationem de Sabbato.* XXXVII.

ΨΑΛΜΟΣ τῷ Δαυὶδ εἰς ἀνάμνησιν περὶ τοῦ Σαββάτου. ΛΖ'.

www.intool.com.cn

Argumentum.

Hunc canit psalmum assiduam memorans calamitatem, quam propter peccatum sustinuit, et Deum per sese rogat, sibi sabbatismos, seu calamitatum finem concedi.

Ὑπόθεσις

Τοῦτον ᾄδει τὸν ψαλμὸν, ἀναμιμνήσκων ἑαυτὸν τῆς συνεχούσης ταλαιπωρίας, ἧς ὑπέμεινε διὰ τὴν ἁμαρτίαν. Ἀξιοῖ δὲ δι' ἑαυτοῦ τὸν Θεὸν, σαββατισμοὺς αὐτῷ δοῦναι, ἤτοι ἀνάπαυσιν τῶν συμφορῶν.

2. *Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.* [Dæmones, qui suppliciis inferendis deputantur, et ultrices potestates, Dei ira et furor vocantur. Supplicat itaque ne a malignis virtutibus arguatur, neque per immissionem angelorum malorum, sed per salutaria verba corripiatur.] Corripit nos Dominus, cum nos ad virtutis recordationem deducit. Sanctus autem non redargutionem aut correctionem repudiat: sed eam quæ cum ira et furore conjuncta sit.

Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με. [Οἱ ταῖς κολάσεσι διακονούμενοι δαίμονες, καὶ αἱ τιμωρητικαὶ δυνάμεις, τοῦ B Θεοῦ ὀργὴ καὶ θυμὸς λέγονται. Ἱκετεύει οὖν μὴ διὰ πονηρῶν δυνάμεων ἐλεγχθῆναι, μηδὲ δι' ἀποστολῆς ἀγγέλων σκυθρωπῶν παιδευθῆναι, ἀλλὰ διὰ λόγων σωτηρίων.] Παιδεύει ἡμᾶς ὁ Κύριος, εἰς ἀνάμνησιν ἄγων τῆς ἀρετῆς. Ὁ δὲ ἅγιος οὐ τὸν ἔλεγχον ἢ τὴν παιδείαν παρσιτεῖται, ἀλλὰ τὴν μετ' ὀργῆς καὶ θυμοῦ.

3. *Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi.* Sagittas vocat ultrices potestates. *Et confirmasti super me manum tuam.* Tetigit me, inquit, manus tua, peccati causa corripiens.

Ὅτι τὰ βέλη σου ἐνεπάγησάν μοι. Βέλη τὰς τιμωρητικὰς δυνάμεις φησί. *Καὶ ἐπεστήριξας ἐπ' ἐμὲ τὴν χεῖρά σου.* Καθήψατό μου, φησὶν, ἡ χεὶρ σου, ὑπὲρ τῆς ἁμαρτίας παιδεύουσα.

4. *Non est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ.* Ira tua ingruente mihi, labefactata est caro mea. *Et non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.* Debilitata, inquit, est virtus animæ meæ, C causa autem infirmitatis peccatum est.

Οὐκ ἔστιν ἴασις ἐν τῇ σαρκί μου ἀπὸ προσώπου τῆς ὀργῆς σου. Λελώβημαι τὴν σάρκα, ἐπενηνεγμένης μοι τῆς ὀργῆς. *Οὐκ ἔστιν εἰρήνη ἐν τοῖς ὀστέοις μου ἀπὸ προσώπου τῶν ἁμαρτιῶν μου.* Ἐξησθένησε, φησὶν, ἡ δύναμις τῆς ἐμῆς ψυχῆς· ἡ δὲ αἰτία τῆς ἀσθενείας, ἡ ἁμαρτία.

5. *Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum.* Fregit, inquit, me gravis peccati moles. Cruciat me permolestus putridorum fœtor vulnerum, quæ amissa prudentia, et insipientiæ subactus in me excepi. Cujus rei causa omni privatus delectatione angor et assidue crucior animo, neque ullam declinandæ tristitiæ viam invenio. *Sicut onus grave gravatæ sunt super me.* Gravitatem dicit conscientiæ motum vehementer ad desperationem tendentis.

Ὅτι αἱ ἀνομίαι μου ὑπερῆραν τὴν κεφαλήν μου. Κατέκαμψέ με, φησὶν, τὸ βαρὺ τῆς ἁμαρτίας φορτίον. Ἀνιᾷ δέ με καὶ τῶν σεσηπότων ἐκείνων τραυμάτων ἡ δυσοσμία, ἃ, τὴν φρόνησιν ἀποβαλὼν, καὶ τῇ ἀφροσύνῃ δουλεύσας, εἰσεδεξάμην. Οὗ δὴ χάριν πάσης θυμηδίας ἐστερημένος, ἀσχάλλω καὶ ἀλύω διηνεκῶς, καὶ τῆς σκυθρωπότητος μεταβολὴν οὐχ εὑρίσκω. *Ὡσεὶ φορτίον βαρὺ ἐβαρύνθησαν ἐπ' ἐμέ.* Βαρύτητα τὴν τῆς συνειδήσεως εἰς ἀπόγνωσιν ὤθησιν μετ' ἐπιτάσεώς φησιν.

6. *Putruerunt et corruptæ sunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ.* Peccatum omne, turpe et putidum est: nisi enim in insipientiam anima decidat, peccatum admittere nunquam tolerarit. Inde naturam peccati novimus. Quænam illa est? Nihil certe peccatum est nisi insipientiæ nostræ fetus.

Προσώζεσαν καὶ ἐσάπησαν οἱ μώλωπές μου ἀπὸ προσώπου τῆς ἀφροσύνης μου. Πᾶσα γὰρ D ἁμαρτία μυσαρά τε καὶ δυσώδης· εἰ μὴ γὰρ εἰς ἀφροσύνην καταπέσοι ἡ ψυχὴ, οὐκ ἂν ὑπομένοι τὴν ἁμαρτίαν. Ἐντεῦθεν τὴν φύσιν τῆς ἁμαρτίας γινώσκομεν. Ὁποία τίς ἐστι, πλὴν ὅτι ἀπὸ ἀφροσύνης ἡμῖν συμβαίνουσιν αἱ ἁμαρτίαι;

7. *Tota die contristatus ingrediebar.* Ll dicatur iis qui multum rident et lætantur.

Ὅλην τὴν ἡμέραν σκυθρωπάζων ἐπορευόμην. Λεκτέον τοῦτο πρὸς τοὺς γελῶντας πολλὰ καὶ τερπομένους.

[*Miser factus sum*, etc. Gravitatem conscientiæ indicat, quæ quasi in desperationem impellit.

[*Ἐταλαιπώρησα καὶ κατεκ.*, καὶ τὰ ἑξῆς. Βαρύτητα τῆς συνειδήσεως ὡς εἰς ἀπόγνωσιν ὤθησιν.

8. *Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus.* Quoniam, inquit, videbam inimicos mihi illudentes: intelligibiles autem inimicos significat.]

Ὅτι αἱ ψόαι μου ἐπλήσθησαν ἐμπαιγμῶν. Ἐπειδήπερ φησὶν, ἐπὶ τὸ καταπαίζειν μου λοιπὸν τοὺς ἐχθρούς μου ἐώρων· τοὺς νοητοὺς δὲ λέγει.]

9. *Afflictus sum et humiliatus sum nimis.* Ex hujusmodi, inquit, concupiscentia, id sum consecu-

Ἐκακώθην καὶ ἐταπεινώθην ἕως σφόδρα. Ἐξ ἐκείνης, φησὶ, τῆς ἐπιθυμίας ἐτρύγησα τὸ κύπτειν

Digitized by Google

εἰς γῆν, καὶ διηνεκῶς ὀλοφύρεσθαι διὰ τὰς πικρὰς τῆς καρδίας ὀδύνας. Τούτου χάριν τῆς ἐπιθυμίας μεταβαλὼν τὴν ἐνέργειαν, ὑπουργὸν αὐτὴν κατέστησα τοῦ θείου βουλήματος. Τοῦτο γὰρ ἐπήγαγεν· Ὠρυόμην ἀπὸ στεναγμοῦ τῆς καρδίας μου. Μαστίζων τὸ συνειδὸς, τὴν καρδίαν μου στεναγμοὺς ἀφιέναι ἐποίουν.

Καὶ ὁ στεναγμός μου ἀπὸ σοῦ οὐκ ἀπεκρύβη. Τῆς μετανοίας, φησὶν, ὁ πόθος στήτω ἐνώπιόν σου, ἣν ἔχω ἐπιθυμίαν σωθῆναι βουλόμενος. Καὶ τίς ἡ ἐπιθυμία τοῦ Χριστοῦ; τὸ ὑπὲρ ἡμῶν ἐπιτελέσαι Πάσχα.

Ἡ καρδία μου ἐταράχθη, ἐγκατέλιπέ με ἡ ἰσχύς μου. Τὸ διαλογιστικὸν καρδίαν φησί. Καὶ τὸ φῶς τῶν ὀφθαλμῶν μου, καὶ αὐτὸ οὐκ ἔστι μετ' ἐμοῦ. Τὸ φῶς τῶν ὀφθαλμῶν τὸ πνεῦμα τὸ ἐκλάμπον τοῖς τῆς διανοίας αὐτοῦ ὄμμασιν.

Οἱ φίλοι μου καὶ οἱ πλησίον μου ἐξ ἐναντίας μου ἤγγισαν καὶ ἔστησαν. Ἐν τῷ πεπληγέναι με, φησὶν, ἀντέστησάν μοι. Ταῦτα δὲ λέγει διὰ τὸν Ἀβεσσαλὼμ καὶ τὸν Ἀχιτόφελ. Καὶ οἱ ἐγγιστά μου ἀπὸ μακρόθεν ἔστησαν. Οἱ γὰρ συνυπουργοῦντες αὐτῷ ἄγγελοι ἐγκατέλιπον αὐτὸν διὰ τὴν ἁμαρτίαν. Τάχα γὰρ καὶ αἱ δυνάμεις αἱ ἅγιαι ὑποχωροῦσιν ἐν καιρῷ πειρασμοῦ πρὸς δοκιμὴν τοῦ πειραζομένου, ἢ πρὸς κῶλασιν.

Καὶ ἐξεβιάζοντο οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχήν μου. Εἰκότως, τῶν ἀγγέλων καταλιπόντων αὐτὸν, σφοδρότερον οἱ δαίμονες ἐπετίθεντο. Καὶ οἱ ζητοῦντες τὰ κακά μοι, ἐλάλησαν ματαιότητας. Ἐλάλουν, φησὶ, πρὸς ἑαυτοὺς, ἐπιβουλὴν μοι σκευάζοντες.

Ἐγὼ δὲ ὡσεὶ κωφὸς οὐκ ἤκουον, καὶ τὰ ἑξῆς. Ταῦτα, φησὶν, λαλούντων αὐτῶν, οὐδὲ ἀκούειν ἐδόκουν, οὐδὲ λαλεῖν τῆς, παῤῥησίας μου διὰ τῆς ἁμαρτίας ἀφῃρημένης.

Ὅτι ἐπὶ σοὶ, Κύριε, ἤλπισα . . . ὅτι εἶπα· Μήποτε ἐπιχαρῶσί μοι οἱ ἐχθροί μου. Τῶν τοσούτων, φησὶ, συμβάντων κακῶν, μίαν ἔχω σωτηρίας ἐλπίδα, τὴν ἐκ σοῦ γενησομένην μοι ἐπικουρίαν.

Καὶ ἐν τῷ σαλευθῆναι πόδας μου ἐπ' ἐμὲ ἐμεγαλορρήμονησαν. Μέγα, φησὶ, δέδωκε φρονεῖν αὐτοὺς κατ' ἐμοῦ ἡ ἁμαρτία σαλεύσασά μου τοὺς πόδας.

Ὅτι ἐγὼ εἰς μάστιγας ἕτοιμος, καὶ ἀλγηδών μου ἐνώπιόν μού ἐστι διαπαντός. Ἡδέως δέχεσθαι τὴν ἐπιστρεπτικὴν παιδείαν φησίν.

Ὅτι τὴν ἀνομίαν μου ἐγὼ ἀναγγελῶ, καὶ μεμνήσω ὑπὲρ τῆς ἁμαρτίας μου. Διὰ δὴ τοῦτο κατήγορος ἐμαυτοῦ γίνομαι, καὶ πᾶσαν φροντίδα τῆς ὑγιείας ποιήσομαι.

Οἱ δὲ ἐχθροί μου ζῶσι, καὶ κεκραταίωνται ὑπὲρ ἐμέ. Καίτοι, φησὶ, μὴ ἀνεπαισθήτως ἔχων τῆς ἁμαρτίας, ἀλλὰ μεριμνῶν περὶ αὐτῆς διαπαντὸς, ὁρῶ τοὺς ἐχθρούς μου κραταιουμένους. Οὗτοι δὲ οἱ ἐχθροὶ, μηδὲν ἄδικον παρ' ἐμοῦ πεπονθότες, διαβάλλοντές μου τὴν ἁμαρτίαν, καὶ πρόφασιν αὐτὴν ποιούμενοι τοῦ

[11] Luc. XXII, 15.

tus, ut versus terram inclinatus gemitus assidue profundam, ob acerbum animi dolorem. Quamobrem, mutato concupiscentiæ usu, administram eam divinæ voluntatis constitui. Hoc enim adjicit. *Rugiebam a gemitu cordis mei.* Castigans conscientiam meam, id efficiebam ut cor in gemitus erumperet.

10. *Et gemitus meus a te non est absconditus.* Pœnitentiæ, inquit, desiderium coram te sistatur. Toto desiderio salutem consequi expeto. Ecquod desiderium Christi? Pascha nostri causa consummare [11].

11. *Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea.* Cor appellat vim animæ rationalem. *Et lumen oculorum meorum, et ipsum non est mecum.* Lumen oculorum dicit spiritum animi oculis illucescentem.

12. *Amici mei et proximi mei adversum me appropinquaverunt et steterunt.* Cum plagis affectus essem, inquit, obstiterunt mihi. Hæc autem dicit propter Absalom et Achitophel. *Et qui juxta me erant de longe steterunt.* Angeli enim qui auxiliabantur illi, peccati causa dereliquerunt illum. Fortassis et sanctæ virtutes secedunt in tempore tentationis ad tentati probationem et experimentum, aut fortassis ad punitionem.

13. *Et vim faciebant qui quærebant animam meam.* Derelinquentibus ipsum angelis hinc vehementius irruebant dæmones. *Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates.* Mutuo colloquebantur, inquit, parantes insidias mihi.

14. *Ego autem tanquam surdus non audiebam,* etc. Dum hæc, inquit, illi loquerentur, nec audire nec loqui videbar, ablata mihi per peccatum fiducia.

16. *Quoniam in te, Domine, speravi... quia dixi: Ne quando supergaudeant mihi inimici mei.* Tantis, inquit, accidentibus malis, una superest mihi spes salutis, auxilium scilicet unum mihi affuturum.

17. *Et dum commoventur pedes mei super me magna locuti sunt.* Peccatum, inquit, meum commovens pedes meos in causa fuit ut altos adversum me spiritus assumerent.

18. *Quoniam ego in flagella paratus sum, et dolor meus in conspectu meo semper.* Libenter se correptionem conversioni suæ accommodatam excipere testificatur.

19. *Quoniam iniquitatem meam annuntiabo, et cogitabo pro peccato meo.* Propterea et mei accusator sum, et nullam non salutis sollicitudinem geram.

20. *Inimici autem mei vivunt, et confirmati sunt super me.* Etsi, inquit, non sine sensu peccati sim, sed de ipso semper anxius sim, video inimicos meos vires sumpsisse, qui cum nihil injuriæ a me passi sint, peccatum exprobrantes meum, ipsumque ea occasionem belli contra me gerendi accipien-

www.tipfool.com.cn

Digitized by Google

tes, me persequebantur, se jure ac merito id agere jactitantes. Ideoque factus apud illos ceu mortuus abominabilis : quapropter obsecro te Dominum, ne discedas a me; sed properes potius ad auxilium nobis ferendum.

κατ' ἐμοῦ πολέμου, κατεδίωκόν με, δίκαια λέγοντες ποιεῖν. Τοιγαροῦν καὶ γεγένημαι παρ' αὐτοῖς ὡς νεκρὸς ἐδδελυγμένος· διὸ δὴ καὶ δέομαι, σὲ τὸν Κύριον μὴ ἀποστῆναι ἀπ' ἐμοῦ· σπεῦσαι δὲ μᾶλλον εἰς τὴν βοήθειαν τὴν ἡμετέραν.

www.libtool.com.cn

21. *Ne derelinquas me, Domine Deus meus*, etc. *Daniel Barbarus*: Possunt homines quos naturæ inopia ad Deum placandum impellit; hæc pro seipsis orare : sed Christus si secum Patrem habet, salutem hominum tanquam propriam petit, qui et ipse quoque petitionem hanc secundum divinitati conjunctam humanitatem tanquam suam sibi tribuit. Hoc vero fuit id quod carni compactum, et affectibus obnoxium fuit, cum alioqui divinitatem secum haberet quæ petitionem illius ratam faceret.

1. *PSALMUS XXXVIII. In finem, ipsi Idithum Canticum David.*

Argumentum.

Sacer cantor cum esset Idithum et prophetica coronatus gratia, canticum refert ad personam ipsius David, repræsentans illum confitentem peccatum suum.

2. *Dixi : Custodiam vias meas.* Evidens confirmati cordis argumentum. *Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator adversum me.* Astantes autem ipsi spirituales inimici, peccatum exprobrabant illi.

3. *Obmutui, et humiliatus sum, et silui a bonis.* Conviciis, ait, impetitus non convicia reddebam, cernens me bonis excidisse. *Et dolor meus renovatus est.* Pro responsione ad eos qui me conviciis onerabant, peccata mihi ipsi revocabam in memoriam. Memoria autem peccati quasi ignis in corde meo erat.

4. *Et in meditatione mea exardescet ignis.* Dum memoriam peccati revocabam, inflammabar igne.

5. *Locutus sum in lingua mea*, etc. Illud, *in lingua*, quasi dicas, demissa voce et quasi susurrando, nec ad multos sermonem proferens. Cæterum sermo ille interrogatio erat de diebus qui ipsi superessent. Sciscitabatur autem, scire peroptans num ipsi residuum vitæ tempus foret ad pœnitentiam satis.

6. *Ecce mensurabiles posuisti dies meos, et substantia mea tanquam nihilum ante te.* Etiamsi, inquit, longa adhuc mihi vita superfuret, quasi nihil in conspectu tuo reputabitur. Si namque mille anni ante oculos tuos tanquam dies una, quid fuerit tempus hominis unius? Id rursum Symmachus sic interpretatus est : *Ecce quasi palmas dedisti dies meos, et vita mea tanquam nihilum in conspectu tuo.* Tu namque sine initio es et sine fine, nostra autem vita ceu quibusdam palmis et mensuris mensa est. His brevitatem declarat humanæ vitæ.

7. *Verumtamen universa vanitas, omnis homo vitens. Verumtamen in imagine pertransit homo, sed et frustra conturbatur.* Si autem in imagine, non in veritate pertransit homo, jure vanitatem præmisit, quando non veram vitam transigimus, sed in quadam imagine, neque veri boni studio agimur, quare frustra conturbamur. Vita, inquit, eorum qui in terra degunt, quippe quæ in sæcularibus versetur curis, jure vanitas æstimetur. Vel sic : Omnes vitæ

ΨΑΛΜΟΣ ΛΗ'. *Εἰς τὸ τέλος, Ἰδιθοὺμ ᾠδὴ τῷ Δαυΐδ.*

Ὑπόθεσις.

Ἱεροψάλτης ὑπάρχων Ἰδιθοὺμ, καὶ προφητικῇ χάριτι κατεστεμμένος, ᾠδὴν ἀναδάλλεται, προσωποποιίαν εἰσφέρων αὐτοῦ τοῦ Δαυΐδ ἐξομολογουμένου ἐπὶ τῇ ἁμαρτίᾳ.

Εἶπα· Φυλάξω τὰς ὁδούς μου. Ἀπόδειξις σαφὴς ἱδρυμένης καρδίας. *Ἐθέμην τῷ στόματί μου φυλακὴν ἐν τῷ συστῆναι τὸν ἁμαρτωλὸν ἐναντίον μου.* Παριστάμενοι γὰρ αὐτῷ οἱ νοητοὶ ἐχθροὶ, ὠνείδιζον αὐτοῦ τὴν ἁμαρτίαν.

Ἐκωφώθην, καὶ ἐταπεινώθην, καὶ ἐσίγησα ἐξ ἀγαθῶν. Λοιδορούμενος, φησὶν, οὐκ ἀντελοιδόρουν, συνιδὼν τὴν ἔκπτωσίν μου τῶν ἀγαθῶν. *Καὶ τὸ ἄλγημά μου ἀνεκαινίσθη.* Ἀντὶ τοῦ λέγειν πρὸς τοὺς λοιδοροῦντας, τῆς ἁμαρτίας ἀνεμίμνησκον ἐμαυτῷ. Ἡ δὲ μνήμη τῆς ἁμαρτίας οἷα πῦρ περὶ τὴν καρδίαν μου ἐγένετο.

Athanasii, Cyrilli. At vero ad intellectum, prædicit Spiritus sanctus calamitates apostolis obventuras propter prædicationem Evangelii, enumerans eas in apostolorum persona. Quemadmodum enim argentum igne liquefactum optime perpurgatur, sic etiam sanctorum animæ tentationum insultibus strenue resistentes, ab omnibus mundantur sordibus. Earum autem probatio per combustionem efficitur : nam per ignem probantur. Has porro voces refert divus Paulus ad sanctos martyres. Quanquam etiam ii refrigerium inveniunt qui per ignem et aquam ferventis iræ, ac diffusarum voluptatum ac cupiditatum pertranseunt, si in istiusmodi animi passionibus non permanserint.

Item in verba : « Introibo in domum tuam, » etc., v. 13.

(5) Ἀθανάσιος. Πρὸς νοῦν φασὶν οἱ ἀπόστολοι· Εἰσελευσόμεθα εἰς τὸν ναὸν τὸν ἐπουράνιον οὐκ ἐν αἰσθητοῖς, ἀλλ' ἐν νοητοῖς ὁλοκαυτώμασιν. Ὅλους γὰρ ἑαυτοὺς ἀνέθηκαν τῷ Θεῷ ἐν τάξει ὁλοκαυτωμάτων.

Athanasius. Ad intellectum vero : Intrabimus, inquiunt apostoli, in domum cœlestem, non in sensibilibus, sed in intelligibilibus holocautomatis. Se namque totos, instar holocautomatum, Deo consecrarunt.

[48] Ezech. II, 5 et seqq.

(3) Hæc paulum diversa supra.
(4) Hæc superius, paulum diversa.
(5) Hæc superius, sed breviora.

Digitized by Google

Adhuc in sequentia.

Athanasius, Cyrillus, Basilius. Hæc est altior sententia : Omnia sunt spiritualia, et holocautomata, et boves, et hirci, quos oblaturum se promittit. Sacrificium quoque offertur cum arietibus. Sunt vero arietes motus atque impetus animi ab irascibili ejus parte excitati : aut certe ratiocinationes rectricis animæ facultatis, passiones quasi cornibus petentes et impugnantes. Bovem vero sacrificat, qui seipsum Deo offert hostiam vivam; per actiones honestas. Habet enim bos similitudinem quamdam cum corpore ex terra formato, cum terræ colendæ adhibeatur. Hirci vero sunt opera resipiscentiæ : illi namque pro peccato offerebantur. Suffitus autem est bonus odor quem puræ animæ exhalant.

A Ἀθανάσιος, Κύριλλος, Βασίλειος. Πρὸς δὲ διάνοιαν· Πνευματικὰ πάντα καὶ τὰ ὁλοκαυτώματα, καὶ οἱ βόες, καὶ οἱ χίμαροι, οὓς ἀποδώσειν ἐπαγγέλλεται. Καὶ μετὰ κριῶν δὲ προσφορὰ γίνεται. Εἰσὶ δὲ κριοὶ κινήσεις καὶ ὁρμαὶ ἀπὸ τοῦ θυμικοῦ τῆς ψυχῆς τὴν ὁρμὴν ἔχουσαι, ἢ λογισμοὶ ἡγεμονικοὶ τὰ πάθη κερατίζοντες. Βοῦν δὲ ἱερουργεῖ ὁ προσάγων θυσίαν ζῶσαν ἑαυτὸν διὰ πράξεως. Ἀναλογεῖ γὰρ τῷ ἐκ τῆς γῆς πλασθέντι σώματι, γεωπόνον ὑπάρχον τὸ ζῶον ὁ βοῦς. Χίμαροι δὲ τὰ μετανοίας ἔργα· περὶ ἁμαρτίας γὰρ προσεφέροντο. Θυμίαμα δὲ ἡ ἀποπνέουσα τῶν καθαρῶν ψυχῶν εὐωδία.

Et in verba : « *Venite, audite,* » *etc.*, 16.

Athanasius. Apostoli quidem non rerum antiquarum renovant memoriam : sed recentia Salvatoris nostri mirantur opera, quæ is omnium nostrum animabus largitus est.

B Ἀθανάσιος. Οἱ μέντοι ἀπόστολοι οὐκ ἀρχαίων διηγημάτων ποιοῦνται μνήμην· ἀλλὰ τὰ νέα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν θαυμάζουσι κατορθώματα, ὅσα ταῖς ἁπάντων ἡμῶν ψυχαῖς ἐχαρίσατο.

Item in psal. LXVII *verba :* « *Sicut deficit fumus, deficiant,* » *etc.*, 3.

Athanasii. Peccatores vero fortasse dicuntur ipsi dæmones peccati inventores : qui etiam ut fumus deficiunt, a sancto Spiritu submoti ac dispersi : et ut cera liquefiunt succumbentes adventui Christi, qui ignis dicitur consumens improbitatem. De cætero sublata dæmonum tyrannide, qui ex fide justificati sunt, lætantur.

Ἀθανασίου. Τάχα δὲ ἁμαρτωλοὶ οἱ τῆς ἁμαρτίας εὑρεταὶ δαίμονες· οἳ καὶ ὡς καπνὸς ἐκλείπουσι, τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἐλαυνόμενοι καὶ σκεδαννύμενοι· καὶ ὡς κηρὸς τήκονται ὑποῤῥέοντες τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ Χριστοῦ, ὃς πῦρ λέγεται καταναλίσκον τὴν μοχθηρίαν. Καὶ λοιπὸν οἱ δικαιωθέντες ἐκ πίστεως, καταλυθείσης τῆς τυραννίδος τῶν δαιμόνων, εὐφραίνονται.

Item in ejusdem psalmi verba : « *Parate viam ei, qui,* » *etc.*, 5.

Eusebii, Athanasii. Et sol quoque ille justitiæ formam servi suscipiens, ac radios deitatis suæ quasi subducens, deque cœlo descendens, in corpore, imo vero etiam in ipsa morte, sustulit tenebras hominum animis offusas. Et licet in nostram venerit paupertatem, propriamque gloriam per œconomiam umbra quodammodo obscurarit, cum ad homines descenderet, ac carnem inhabitare cœpisset, nihilominus tamen Dominus est nomen ipsi. Nam etiam homo factus non desiit esse Deus. Jubentur igitur sancti apostoli his verbis, ut exsultantes et laudantes pleno cursu ad gentiles ferantur, ac viam animarum ipsorum per prædicationem præparent universorum Regi. Occasus vero etiam ac noctes, fortassis sunt animæ, quæ ex sole justitiæ excident : a quibus Christus erroris tenebras depulerat, inhabitans ipsis per fidem.

C Εὐσεβίου, Ἀθανασίου. Καὶ ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος, μορφὴν δούλου λαβών, καὶ τὰς ἀκτῖνας τῆς αὐτοῦ ὥσπερ συστείλας θεότητος, καὶ καταδὺς ἐν τῷ σώματι, ἢ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ θανάτῳ, τὸ κατακεχυμένον τῶν ἀνθρωπείων ψυχῶν σκότος ἀπήλασε. Πλὴν εἰ καὶ τῆς ἡμετέρας ἐπέδη πτωχείας, καὶ τὴν οἰκείαν οἰκονομικῶς συνεσκίασε δόξαν, τὴν εἰς ἀνθρώπους ποιησάμενος πάροδον καὶ τὴν ἔνσαρκον ἐνδημίαν, ἀλλ' οὖν Κύριος ὄνομα αὐτῷ. Καὶ γὰρ ἄνθρωπος γεγονὼς οὐκ ἀπέβαλε τὸ εἶναι Θεός. Παρακελεύετ ι τοίνυν ὁ λόγος τοῖς ἱεροῖς ἀποστόλοι; μετὰ χορείας καὶ ὑμνῳδίας εἰς τὰ ἔθνη δραμεῖν, καὶ τὴν ὁδὸν τῶν ψυχῶν αὐτῶν εὐτρεπίσαι τῷ τῶν ὅλων παμβασιλεῖ διὰ τοῦ κηρύγματος. Εἶεν δ' ἂν δυσμαὶ εἶτουν νύκτες καὶ αἱ τοῦ τῆς δικαιοσύνης ἡλίου ἐκπεσοῦσαι ψυχαί· D ὧν Χριστὸς τὸν τῆς πλάνης ζόφον ἐξήλασεν, ἐνοικήσας αὐταῖς διὰ πίστεως.

Item in psalm. LXXII *verba :* Καὶ ὑπέλαβον τοῦ γνῶναι, *etc.*, v. 16.

At secundum D. Athanasium ait David, cum existimarem posse me cognoscere tam profunda tua judicia, conjeci me in molestias : cum illa sint inscrutabilia. Et tamen idoneum eorum cognoscendorum tempus mihi acquisivi. Id vero est tempus judicii, quando reddes unicuique secundum opera

(6) Κατὰ δὲ τὸν θεῖον Ἀθανάσιον, ὑπονοήσας, φησὶ, τὰ οὕτω βαθέα γνῶναι κρίματα, ἐν κόπῳ ἐνέβαλον ἐμαυτὸν, ἅτε ἀνεξερευνήτων ὄντων. Πλὴν τὸν δέοντα εἰς τὴν τούτων γνῶσιν ἐμαυτῷ πεπόρισμαι καιρόν. Οὗτος δὲ ἦν ὁ τοῦ δικαστηρίου καιρὸς, ὅτε ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Τότε γὰρ ἀκριβῶς οἱ

(6) Hæc superius, sed breviora.

Digitized by Google

μικρόψυχοι εἶσονται, ὁποῖον μὲν ἡ ἀρετὴ, ὁποῖον δὲ ἡ κακία.

A sua. Tunc enim accurate cognoscent, qui animo fuerunt remissiore, qualis res sit virtus, qualis etiam malitia.

Et in psal. ejusdem verba : « Quid enim mihi est in cœlo, » etc., 25.

(7) Κατὰ δὲ τὸν ἱερὸν Ἀθανάσιον· Ἐπειδὴ οὐδέν μοι, φησὶν, ὑπάρχει ἐν τῷ οὐρανῷ πλὴν σοῦ μόνου, ἀναγκαίως οὐδέ τι τῶν ἐπὶ γῆς ἠθέλησα δέξασθαι παρὰ σοῦ, ἅτε φθαρτῶν ὄντων πάντων καὶ· προσκαίρων· ἑνὸς δὲ μόνου ηὐχόμην τυχεῖν, καὶ τῷ τούτου πόθῳ κατέτρυχον ἐμαυτὸν ἐπὶ τῆς γῆς. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ σὲ μερίδα μοι καὶ μόνον γενέσθαι. Ἐξέλιπε γὰρ ἡ καρδία μου· τί ἐπιζητοῦντος; τὰς ἄνω διατριβάς.

At secundum sanctum Athanasium : Quandoquidem, inquit, cum in cœlo præter te solum nihil habeam, non debui quoque velle accipere a te quæ in terra sunt (cum omnia corruptibilia sint et momentanea), sed unum tantummodo, ut consequar oravi, cujus etiam desiderio me ipsum confeci in terra. Id vero est, ut tu mea portio, et quidem solus sis. Defecit enim anima mea : quid expetens ? Illas mansiones, quæ sursum sunt.

Hactenus fragmenta ex catena Niceæ, cujus, ut dixi, priorem saltem partem ex bibl. archipalat. nacti sumus. Quod si quis et reliquam habet, poterit quæ desiderantur adjicere. Sequentia vero similiter sunt ex cod. archipalat. biblioth. vetustissimo, continente similem συναγωγὴν explanationum in Jobum ex Græcis Patribus contextam, ab auctore incerto. Is igitur quisquis fuit ad illa verba cap. 41 : Δένδρα ῥθινοπωρινὰ ἄκαρπα, παρὰ πάπυρον, καὶ κάλαμον, καὶ βούτομον, *præmissa alia explicatione subjicit. Hæc Felckmannus.*

[*Fragmentum Athanasii in Psalmos ut inéditum exhibet card. Ang. Mai tomo* III Bibliothecæ novæ Patrum; *incipit :* Τρίτον προέκειτο ζητῆσαι τί τὸ Ψαλτήριον, etc. Ἔστι τοίνυν, etc. *Legitur supra col.* 547. EDIT.]

(7) Hæc superius, sed pauciora.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ
ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ
ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ
ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΤΩΝ ΨΑΛΜΩΝ
Η
ΠΕΡΙ ΕΠΙΓΡΑΦΗΣ ΨΑΛΜΩΝ.

—

S. P. N. ATHANASII
ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ
INTERPRETATIO PSALMORUM
SIVE
DE TITULIS PSALMORUM.

—

EPISTOLA PRÆFIXA EDITIONI ROMANÆ ANNI MDCCXLVI.

—

SACRO AC VENERABILI
SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ CARDINALIUM COLLEGIO, EPISCOPIS, PRESBYTERIS, DIACONIS.

Magnus Athanasius, quem laudare virtutem laudare est, aiebat S. Gregorius Nazianzenus (1), novis quotidie Arianorum calumniis vexatus, et pravorum hominum circumventus insidiis, Romam, quasi ad tutissimum communionis suæ portum confugit, ut quos nec hominum pudor, nec Dei timor retinebat, prolato ex Petri cathedra justæ damnationis decreto, Romana coerceret auctoritas. Posteaquam vero in Urbem pervenit, B. Julius, qui tum Romanæ Ecclesiæ præerat, et ecclesiasticus senatus, qui ipsi assidebat, peramanter eum exceperunt (2), afflictum consolati sunt, dejectum sublevarunt, innocentem defenderunt, sanctum et omni virtutum genere cumulatum, rejectis hæreticorum criminibus, præclaro testimonio suo universo orbi declararunt. Duo autem ex Romano presbyterio, ejusdem Julii voluntate, Elpidius et Philoxenus legationem susceperunt ad Eusebianos episcopos, ut eos ad Romanam synodum, quam ipsi postulaverant, evocarent. Sed expavit ad Romanos affatus Ariana calliditas, et Romanorum fidem pertimuit, quæ, Apostolo prædicante, laudata est ; et ad eos venire renuerunt, ad quos perfidia habere non potest accessum. Itaque frustra diu exspectatis, cum delictorum suorum conscientia territi ad præstitutam diem, varias contumaciæ suæ prætexentes causas, judicio sedis apostolicæ se minime

(1) In Orat. de S. Athan. Hieron. in *Epitaphio Marcellæ.*
(2) De Athanasii itinere Romano cf. ejus *Apolog. contra Arianos*, tom. I, pag. 110, et *Hist. Arian. ad monach.*, p. 227; S. Cyprian. ep. 55, *ad Cornel.*; S. Jul. in *epist. ad Danium aliosque Orientales episcopos.*

Digitized by Google

sisterent, congregata est demum Romana synodus in una ex vestris titularibus ecclesiis, ubi Romanus presbyter Vito conventus agebat. Is enim una cum Vincentio Nicænæ synodo interfuit, et quia ambo rectam Athanasii fidem morumque integritatem probe cognitam perspectamque habebant, verisimile admodum est, sicut pro Marcello Ancyrano episcopo, multo magis pro sanctissimo Alexandrino antistite testimonium eos dixisse in sacro illo conventu, qui unanimi supremoque judicio Athanasii innocentiam adversus Arianorum dolos ac fraudes vindicavit, eamque sententia sua veritatis ac justitiæ ponderata libramine, manifestam omnibus ac testatam esse voluit. Quamobrem pontifex Julius, datis deinde litteris ad clerum et populum Alexandrinum, quibus de Athanasii ad eos reditu gratulatus est, post plures laudes, quibus sanctum episcopum merito effert : Quid autem, inquit, tanto viro dignum proferri potest, qui tot, et tantis periculorum exantlatis laboribus redditur tandem vobis incolumis, non beneficio nostri tantummodo, verum etiam totius concilii judicio talis declaratus ? Post hæc autem, malorum hominum odio ac invidia magis magisque gliscente, novasque semper insidias contra Athanasii nomen molientibus Arianis, Sardicensis œcumenica synodus convocata est, cui duo Romani presbyteri Archidamus et Philoxenus cum Hosio Cordubensi episcopo, nomine ac vice Julii pontificis præfuerunt ; in hac vero Athanasii fidei integritas vitæque sanctitas rursus ab universa synodo aguita est, et omnium suffragiis contra perfidos et catholicæ veritatis et Athanasii innocentiæ inimicos comprobata. Sed quorsum hæc tam longe repetita, et ab altis revocata principiis ? Nimirum, ut omnes intelligant, quam consentaneum et conveniens fuerit, ut opus S. Athanasii, cujus B. Hieronymus meminit, quod pii ac eruditi homines diu desiderarunt, et frustra quæsitum, veluti amissum ac deperditum complorarunt, cum nunc primum in lucem prodeat, illud vestro illustri nomine inscriptum, et vobis, eminentissimi Patres, dicatum in publicum edatur. Vos enim sacri illius senatus, qui magnum Athanasium ad B. Petri cathedram, ad centrum unitatis, ad fontem catholicæ communionis confugientem complexus est, fovit, tutatus est, vices tenetis et dignitatem ; imo vero cum in vestrum clarissimum cœtum præter septem, nunc vero sex cardinales episcopos urbanos seu suburbicarios, selectissimi ex toto orbe juxta sacrorum canonum præscripta (3) a Romanis pontificibus cooptandi sint, admirabili divinæ Providentiæ in Ecclesia sua dirigenda ac gubernanda consilio, eo perducta res est, ut amplissimus vester ordo e tribus supremis in Ecclesia ordinibus, nempe episcopis, presbyteris et diaconibus S. R. E. cardinalibus compositus ex universo terrarum orbe, ut sanctæ Ecclesiæ canones provide sapienterque consuluerunt, selectis atque arcessitis, non modo antiquum Romanum presbyterium repræsentet, sed Romanæ synodi, quæ a primis catholicæ fidei temporibus Romano pontifici gravissimis de rebus deliberanti semper aderat, et quam Græci ἐπιδημοῦσαν seu ἐνδημοῦσαν vocant, et ego vocabulo fortasse haud inepto *præsentem* dixerim, locum adeptus sit et auctoritatem : quin etiam, quod longe magis est, universalis quodamnodo, et domestici, ut hoc nomine utar, concilii Romano pontifici continue assidentis præstantissimam nobis speciem pulcherrimamque imaginem exhibeat, et potestatem etiam non minima ex parte dignitatemque obtineat. Ad hæc accedit, quod tenuis hæc ingenii mei facultas, et in ecclesiasticis aliisque rebus labor et industria, quæcunque ea sit, quam sentio, quam sit exigua, tota vestra est, tum ratione muneris, quo fungor, tum electione voluntatis : ratione quidem muneris, quia abhinc biennium omnium vestrum suffragiis a secretis præclarissimi collegii vestri renuntiatus sum, et humanissima animorum vestrorum significatione exceptus ; electione autem voluntatis, quia ego semper præstantissimum vestrum cœtum summo animi obsequio, et ea veneratione, qua par erat, prosecutus sum. Etenim a prima juventute, quamvis eo tempore assiduam apud duodecim viros, quos Rotæ auditores vocant, causis cognoscendis operam darem, de titulorum origine, qui a sancto Evaristo Romanis presbyteris distributi sunt, deque sacra liturgia, et de collectis seu eleemosynis, aliisque rebus, quæ ad titulos, et ecclesias vestras pertinebant, libellum in publicam lucem emisi. Nec multo post, uno ex vestro collegio et generis nobilitate, et morum integritate eximio, qui jampridem ex hac mortali vita ad cœlestem patriam, ut sperare fas est, migravit, hortante ac suadente, vestrum sanctissimum nomen, vestramque auctoritatem, quæ quorumdam improborum sermonibus impetebatur, tueri curavi prolixo opere scripto, quod nunquam prodivit in publicum, quia neque ratio temporum, quæ postea subsecuta sunt, neque reipublicæ utilitas, neque ulla ejusdem operis præstantia exigebat. Deinde vero singulari beneficentia sanctæ memoriæ Clementis XII credita mihi est custodia sanctioris archivi castri S. Angeli, et paulo post munus abbreviatoris de curia, quibus in muneribus, quoad potui, ea cura ac diligentia versatus sum, ut vos ipsi sæpius de me honorificentissimum testimonium perhibere non dubitaveritis. Interea vero iis temporum intervallis, quæ mihi a reliquis occupationibus concedebantur, multum operæ laborisque consumpsi in adornandis observationibus, longioribusque, si quando opus fuit, dissertationibus typis etiam in publicum editis, pro corrigendis ecclesiasticis Orientalium nationum libris, ut ex sententia congregationis nonnullorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium, cujus ego a secretis ab eodem Clemente XII, pon-

(3) Concil. Trident. *De reform.*, sess. XXIV, cap. 1.

Digitized by Google

tificatus sui initio, cl. mem. cardinali Francisco Barberino postulante constitutus, et a sanctissimo domino nostro Benedicto XIV confirmatus fui, emendati in typographia sacræ congregationis de Propaganda Fide ad communem exterarum nationum utilitatem imprimerentur. Demum per eadem hæc tempora, quoties mihi demandatum est, et quantum ingenii mei imbecillitas aliæque occupationes sinebant, non defui in asserendis Romanæ Ecclesiæ juribus, defendendaque ejus dignitate et auctoritate, et potissimum in tuendo ejus dominio atque imperio in nobilissima ejus patrimonii parte, quæ aliorum armis occupata etiamnum immerito retinetur, donec sedatis tantorum bellorum motibus, et pacatis bellantium principum animis, per eum, qui mari et ventis imperat, ac tranquillitatem facit, spes melior Europæ et Romanæ Ecclesiæ rebus affulgeat. Quare intelligitis, eminentissimi Patres, mea omnia, qualiacunque sint, vestra esse, cum a primis juventutis annis omne meum studium, ingenium, operam, laborem atque industriam vestro nomini, et apostolicæ sedi penitus addixerim ac dicaverim. Ex his autem cognoscere potestis, quot nominibus vobis deberetur præclarum hoc magni Athanasii opus, in quo e Græco in Latinum vertendo, corruptis in locis, quoad valui, emendando, et nonnullis parvis notis illustrando auctorique suo asserendo non parum allaboravi. Ut vero munusculum hoc, quod vobis humillime offero, lubenti animo excipiatis, satis esse puto Athanasii nomen : hac una enim commendatione, certus sum vobis fore gratissimum. Nam eminentissimus Baronius, magnum ordinis vestri ornamentum et decus, in suis *Ecclesiasticis Annalibus* (4) : « Adeo, inquit, post tot tantaque ejus pro recta fide certamina, Athanasii nomen posteris doctrinæ et sanctitatis fulgoribus clarum effulsit, ut quæque ipsius scripta non modo avide legerentur, sed singulari quadam reverentia colerentur. » Itaque nihil aliud mihi reliquum est, nisi ut Deum immortalem submissis precibus orem, ut vos diu sanos atque incolumes præstet cum supremo nostro, atque omnium fidelium pastore Benedicto XIV, catholicæ Ecclesiæ, plaudentibus omnibus, divinitus dato, qui quantum inter reliquos mortales dignitate ac potestate præeminet, tantum ingenio rerumque intelligentia præcellit : qui cum apostolici gradus sublimitate supra omnes sit, humanitate ac benignitate infra omnes esse videtur : qui me adhuc adolescentem singulari benevolentia complexus est : qui me non solum verbis, sed etiam præclaro exemplo suo, et ad juris tam privati quam publici notitiam assequendum, et ad hæc alia sanctiora studia, quæ in sortem Dei vocatos maxime decent, verbis suis jam olim impulit ac stimulavit : qui summus Ecclesiæ pontifex renuntiatus, postero electionis die, ut liberiores mihi ad eum aditus essent, inter familiares, qui ab intimo cubiculo sunt, primum omnium ascivit, et triennio post a secretis sacræ congregationis super rebus consistorialibus declaravit : qui demum, cum rerum ecclesiasticarum scientiam, et sacrarum litterarum studia non modo in se amet ac diligat, sed etiam in aliis esse quam maxime cupiat, parvam meam bibliothecam præclaris suis operibus *De beatificatione et canonizatione servorum Dei*, *De Jesu Christi Matrisque ejus festis*, *De missæ sacrificio* liberaliter donatis instruxit, quo munere nihil mihi splendidius magnificentiusque esse duco. Valete.

Romæ Kalendis Junii 1716

Nicolaus Antonellus
Ejusdem sac. Collegii et sac. Consistorii a secretis

(4) Ad an. 340, n. XI.

Digitized by Google

INDEX EORUM QUÆ IN PRÆFATIONE CONTINENTUR.

§ I. *Laudantur bibliothecarum conditores, et præcipue cardinalis Franciscus senior, et alii e domo Barberina.*
§ II. *Codex Græcus, quo continetur opus S. Athanasii in Psalmos, cujus fuerit, et unde in Barberinum bibliothecam venerit.*
§ III. — *Descriptus fuit ex alio bibliothecæ Augustanæ, et e Græco in Latinum versus, hortante ct. mem. cardinali Francisco Barberino juniore.*
§ IV. *Referuntur variæ Psalmorum expositiones, seu commentarii sancto Athanasio ascripti.*
§ V. *Agitur de eisdem expositionibus, seu commentariis, ac primum de expositione, seu commentario, qui in bibliothecis Mediolanensibus et Venetis reperitur.*
§ VI. *Disseritur de commentario in Psalmos edito a Patribus Benedictinis*
§ VII. *Illum commentarium esse Athanasii aliqui dubitant.*
§ VIII. *Tractatur de alio commentario sub nomine Athanasii lingua Illyrica seu Slavica scripto.*
§ IX. *Andreas Schottus et Lucas Holstenius commentarium, seu expositionem, quæ in publicum datur, S. Athanasio tribuerunt.*
§ X. *Commentarium hunc eumdem esse, ac librum sancti Athanasii de titulis Psalmorum.*
§ XI. *Librum autem de titulis Psalmorum eumdem fuisse ac librum Interpretationis Psalmorum, cujus meminit Nicæna synodus secunda, diversum autem ab Epistola ad Marcellinum.*
§ XII. *Et quidem Athanasii esse nostrum commentarium præter testimonium Schotti et Holstenii probatur etiam ex eo, quod auctor Hebraica nomina accurate interpretatur, et sensum allegoricum seu mysticum Psalmorum exponit.*
§ XIII. *Nam Philo Alexandrinus primus edidit Dictionarium Hebraicorum nominum, eorumque interpretationem.*
§ XIV. *Deinde Origenes interpretatus est nomina Hebraica Novi Testamenti.*
§ XV. *Allegorica sacrarum Scripturarum interpretatione qui primi omnium usi sint.*
§ XVI. *Schola Alexandrina secuta est allegoricam Scripturarum interpretationem*
§ XVII. *Therapeutæ, quos Christianos fuisse antiqui Patres, et plures recentiores scriptores crediderunt, allegoricas Scripturarum interpretationes amplexi sunt.*
§ XVIII. *Allegorica Scripturarum interpretatio in Oriente obtinuit, eaque laudatur, dummodo in ea modus servetur.*
§ XIX. *Allegoricus seu mysticus Scripturarum sensus auctoritate Novi Testamenti asseritur.*
§ XX. *Tertullianus et Cyprianus, aliique allegoricam et litteralem Scripturarum expositionem approbarunt.*
§ XXI. *Allegoricus Psalmorum sensus Christianorum proprius est.*
§ XXII. *Quæ enim in Veteri Testamento scripta vel gesta sunt, in figura fuerunt rerum quæ in Novo fieri, vel evenire debebant.*
§ XXIII. *Interpretatio Psalmorum de Christo Domino ejusque Ecclesia primis Christianæ religionis sæculis probata ac recepta est, non solum in Oriente, sed etiam in Occidente.*
§ XXIV. *Vetus etiam Synagoga sensum litteralem et spiritualem in sacris Scripturis agnovit.*
§ XXV. *Apud Patres autem Veteris Testamenti aliqua traditio fuit de mystico Scripturarum sensu.*
§ XXVI. *Moyses, prophetæ aliique sancti Veteris Testamenti non Judaicam Kabalam a Deo edocti fuerunt, sed aliqua ex parte cœlestia mysteria et arcanum Scripturarum sensum agnoverunt.*
§ XXVII. *Cur antiqui Orientalis Ecclesiæ Patres spiritalem ac mysticum Scripturarum sensum potius quam litteralem exposuerint.*
§ XXVIII. *Ariana aliæque hæreses postea enatæ in causa fuerunt, cur deinde Patres ejusdem Orientalis Ecclesiæ ad litteralem Scripturarum sensum explicandum animum appulerint : qua in re maxime floruit schola Antiochena.*
§ XXIX. *Allegorica interpretatio maxime convenit libro Psalmorum : clavis autem spiritalis, et allegorici sensus in Psalmis est cujusque psalmi titulus.*
§ XXX. *Ex antiqua divisione Psalmorum per versiculos vetustas nostræ expositionis seu commentarii probatur.*
§ XXXI. *Usus rubricæ titulorum vetustatem ejusdem commentarii comprobat.*
§ XXXII. *Quod aliqua, quæ Athanasii nomine feruntur, in eo non reperiantur, non ideo magno Athanasio abjudicandus est.*
§ XXXIII. *Neque etiam aliquid in contrarium colligi potest ex eo quod beata Maria* Θεοτόκος *dicatur.*
§ XXXIV. *Ex mystica interpretatione tituli Psalmorum « Pro octava » ad Athanasium commentarium potius pertinere, quam adimi ipsi debere, ostenditur.*
§ XXXV. *Ex interpretatione psalmi* CXXV *aliud argumentum affertur pro adjudicando commentario, de quo agitur, magno Athanasio.*
§ XXXVI. *Item ex iis quæ dicuntur in expositione psalmi* CXXXIII *de majori diei longitudine.*
§ XXXVII. *Similiter ex aliis pluribus indiciis et argumentis.*
§ XXXVIII. *Demum id evincitur ex collatione nostri commentarii cum aliis operibus beati Athanasii.*
§ XXXIX. *Causa, et occasio exponitur, cur opus beatissimi Athanasii nunc in publicum edatur.*

PRÆFATIO.

I. Neminem esse puto qui non existimet, bene de humano genere meritos esse eos principes viros, qui sedula cura ac diligenti studio libros ac scripta doctorum hominum conquisiverunt, eosque undequaque collectos in bibliothecis magnifice exstructis servarunt, ut scientias, inventa, et vitæ subsidia hominum memoriæ traderent, et sapientum monita, prudentum consilia, et clarorum virorum dicta, et facta, et cogitationes ipsas ad posteros transmitterent, quibus edocti atque eruditi melius sapientiusque vitam instituerent, eamque utilius commodiusque transigerent. Hac autem gloriæ laude cum plurimi superiori ætate floruerint, inter eos utique summum locum obtinet cardinalis Franciscus, aliique e Barberina domo, qui doctos atque excellentes viros e remotis regionibus arcessitos in domo sua tanquam in tranquillissimo portu retinuerunt, summis beneficiis cumularunt, reditibus auxerunt, dignitatibus ornarunt. Horum autem opera atque cura non solum libros typis impressos, sed etiam codices manuscriptos Græcos, Latinos, Arabes maximo in numero omnibus ex partibus summa impensa collectos in magnificentissima biblio-

Digitized by Google

theca collocarunt. Nam ex ea typis impressi in lucem prodierunt præclari scriptores, qui in tenebris delitescebant, veluti Georgius Pachymeres, Stephanus Byzantius *De urbibus*, S. Nilus, aliique : nonnulli vero emendatiores correctioresque in publicum emissi sunt, hortantibus, aut codices et sumptus commodantibus cardinalibus, et principibus Barberinis, qui communi litterarum litteratorumque hominum utilitati semper studuerunt, eosque et opera et censu, quantum in se fuit, juvarunt.

www.libtool.com.cn

II. Inter alios autem pretiosos codices quos Barberina bibliotheca servat, exstat codex Græcus, ea forma quam *in quarto* vocant, chartaceus, non calligraphia seu characteris pulchritudine, qui recens et informis est, sed re quam continet præstantissimus. Etenim eo continetur interpretatio Græca Psalmorum sanctissimi Patris atque archiepiscopi Alexandrini Athanasii. Codex apographus est, descriptus ab Andrea Schotto, inclyto Societatis Jesu alumno, seu potius ejus jussu ab amanuensi ex altero codice bibliothecæ Augustanæ. Hunc postea codicem in potestatem venisse puto Lucæ Holstenii, qui hæredem ex asse instituit clarissimum cardinalem Franciscum Barberinum seniorem, et deinde ex illius hæreditate in Barberinam bibliothecam translatum fuisse. Doctissimus autem vir Holstenius, sed ipse Andreas Schottus, singulis paginis Græcæ interpretationis S. Athanasii paginam Psalterii Græco Latini typis impressi inseruit, adeo ut unicuique psalmo Græca sanctissimi episcopi interpretatio e regione, seu ex adversa facie posita respondeat. Præterea idem eruditissimus vir Holstenius principio codicis inscriptionem in fronte totius libri ponendam, cum in publicum, ut forte sibi faciendum proposuerat, ederetur, et brevem præfationem Latinam ascripsit, quam ego hoc loco, ne tanti viri eruditus lector elucubratiunculam desideret, ascribam ; ea autem ita se habet :

LECTORI SAL. LUCAS HOLST.

Scripserunt, ut nemini hodie ignotum, ex antiquioribus Patribus in Davidis Psalterium commentarios eruditos plurimi in catena Græcorum Patrum singulatim enumerati, in primis Origenes, et Eusebius Cæsareæ Palæstinæ episcopus : mox Theodorus Heracleotes : item Asterius Scythopolita : item Apollinaris Laodicensis versibus, credo, heroicis, qui leguntur : denique Didymus Alexandrinus, sed qui magnam interciderint partem : tum vero maxime perspicue, et κατὰ πόδα μετάφραση, quam nunc damus, S. Athanasius conscripsit, sed in tenebris hactenus sepulta jacuit, ac latuit, eruta nunc tandem in lucemque revocata industria Andreæ Schotti, Societatis Jesu presbyteri, ex Augustana, vere augusta bibliotheca, unde velut ex equo Trojano boni multi exierunt scriptores Græci, antea delitescentes, idque auspiciis viri illustris Marci Velseri reipubl. duumviri, et optime de studiis patriaque meriti, et opera Davidis Hoesch. Augustani, cui Appiani Illyrica, multaque Chrysostomi, Basilii Magni, Nyssenii accepta ferimus. Psalmos etiam hymnosque Salomonis Græce ad parentis Davidis regii vatis exemplum compositos hinc habemus, ab eodem revocatos in apertam lucem, qui et Photii patriarchæ vastam dedit scriptorum ab illo lectorum Bibliothecam : *item de patribus sanctis quasdam Basilii epistolas versionesque meliores : item sancti Cyrilli γλαφυρὰ in Pentateuchum Mosis, et ἑορτάσιμους, seu Paschales sermones* XXX, *et S. Isidori Pelusiotæ epistolas prope sexcentas e Vaticana Pont. Max. bibliotheca. Consule itaque, mi lector, boni hanc S. Athanasii Psalmorum ad verbum interpretationem, et cum reliquis ejusdem sanctissimi viri comparare grave ne sit, ut partum legitimum ninisque diu in tenebris jacentem. Vale.*

Ita præfatio, cui inscriptio Græco-Latina ab ipso Holstenio vel ab Andrea Schotto præposita est hujusmodi :

ΕΙΣ ΨΑΛΤΗΡΙΟΝ ΠΡΟΦΗΤΟΥ ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΤΟΥ ΔΑΒΙΔ

Ἑρμηνεία τοῦ ἁγίου Πατρὸς ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

IN DAVIDIS REGIS AC PROPHETÆ PSALMORUM LIBRUM

S. ATHANASII ARCHIEPISC. ALEXAND. METAPHRASIS

Eruta nunc primum ex Augustana Bibliotheca ab

Andrea Schotto Societatis Jesu.

III. Codex autem, quo usus est Andreas Schottus, an Augustæ Vindelicorum nunc exstet, me latet. Illud certum est, in catalogo Græcorum codicum qui sunt in bibliotheca reip. Augustanæ Vindelicæ, quem in lucem edidit David Hœschelius anno 1595, nulla mentio est de commentario S. Athanasii *in Psalmos*, et cum per amicum scribi ad homines eruditos Augustæ commorantes curaverim, ille responsum se accepisse mihi retulit, nullum ibi codicem hujusmodi reperiri. Neque etiam mihi compertum est an Lucas Holstenius, vel Andreas Schottus ante illum in animo habuerit, interpretationem, seu metaphrasin S. Athanasii duntaxat, an vero Græcam et Latinam in lucem edere. Profecto cum anxie perquisivissem, an uspiam translatio Latina exstaret, neque in laudato codice, neque in tota bibliotheca Barberina versionem ullam Latinam invenire mihi contigit. Itaque hortante atque stimulante cl. mem. cardinali Francisco Barberino, qui, exemplo suorum majorum, et præcipue alterius cardinalis Francisci patrui sui erga litteras optime animatus singulari me benevolentia complectebatur, opusculum sanctissimi doctoris, ut melius potui, erat enim codex mendosus, e Græco in Latinum verti. In versione autem adornanda Latini sermonis puritatem, et styli elegantiam secutus non sum, sed beatissimi archiepiscopi metaphrasin de verbo ad verbum transferre curavi, et ut Græce aiunt, κατὰ πόδα, veritus ne dum verborum lenocinia

Digitized by Google

sequor, a sententia, et mente sanctissimi doctoris discederem. Albertus Fabricius scribit Hamburgi in bibliotheca Joannea exstare manuscriptam versionem Latinam S. Athanasii *in Psalmos* elaboratam ab Elia Ehingero, qui codice Græco bibliothecæ Augustanæ usus est. An illa translatio sit hujusce commentarii, seu metaphrasis, quam nunc in lucem damus, an vero alterius omnino diversæ, certo statuere non ausim, cum ad manus meas non pervenerit. Sed si conjectura agere licet, verosimillimum quidem est, hujusmodi commentarium S. Athanasio ascriptum aliis jam in lucem editis minime esse dissimilem; nam si secus foret, id ipsum animadvertere, ac lectoribus suis indicare, ut in sua *Bibliotheca* passim facere solet eruditissimus æque ac diligentissimus vir, non prætermisisset

IV. Sed quoniam idem Albertus Fabricius varias Psalmorum expositiones, quæ S. Athanasio tribuuntur, recenset (5), operæ pretium est ejus verba hoc loco referre : « Expositiones *in Psalmos*, » ait loquens de operibus sancti Athanasii, « quarum exigua apospasmatia quædam verterat Politianus, atque priores editiones Græcæ et Latinæ exhibuerant, Daniel item Barbarus nonnulla et Corderius vulgaverant in catenis Patrum *ad Psalmos :* sed Benedictini longe copiosiores in totum Psalterium, licet nec ita plenas, aut integras, e codicibus Regiis et Colbertinis catenarum, et expositionum *in Psalmos* offerunt p. 1009-1239. Mediolani in bibliotheca Ambrosiana occurrunt commentaria Athanasii *in Psalmos* Græce descripta ex codice bibl. Scorialensi, et Latine reddita sive ab Antonio Giggeo, sive alio quodam. Ex illis argumentum *in Psalmos* dignum lectu et supplementa quædam commentariorum dedit Montfauconius in *Collectione nova Patrum*, tom. II, pag. 70-101. Animadvertendum est, inquit idem vir clarissimus in *Diario Italico*, p. 12, alium etiam commentarium in ista bibliotheca, nec non in Museo Justinianeo Venetiis (adde pag. 69) occurrere, qui Athanasii nomen præfert, at Athanasii magni esse nequit. Istius initium est : Μακάριος ἀνήρ... αὐτὴ ἡ προφητεία πληροῦται εἰς τὸν Ἰωσὴφ τὸν Ἀριμαθίας. Athanasius *in Psalmos* ex versione Latina Eliæ Ehingeri, qui codice Græco bibliothecæ Augustanæ usus fuit, exstat ms. in bibliotheca Joannea hujus urbis Hamburgensis. Habuit etiam Athanasii *in Psalmos* commentarium Græce descriptum Wagenselius ὁ μακαρίτης, unde asservat eumdem Lipsiæ in patria mea thesaurus librarius amplissimi senatus. Expositionem Athanasii *in Psalmos* Serviana lingua (est hæc Slavica dialectus) ms. in bibliotheca S. Salvatoris Bononiæ, atque Arabice una cum *Epistola ad Marcellinum* in bibliotheca Ambrosiana codice 300 annorum memorat idem Montfauconius ad Athanasium tom. I, pag. 1005 et 1006. Fragmenta commentariorum Athanasii *in Psalmos* a Petro Felckmanno collecta e Nicetæ metropolitæ Heraclææ Συναγωγῇ ἐξηγήσεων in priores psalmos 72 manuscripta in bibliotheca Palatina, pag. 1241-1262, lib. II, pag. 511. » Hactenus Fabricius.

V. Quamobrem, cum plures sint Psalmorum expositiones, quæ S. Athanasii nomen inscriptum præ se ferunt, necesse est paulum aliquid de illis disserere, quo magis compertum fiat, an ea, quam in lucem damus, tanquam genuinum ejus opus sanctissimo Doctori sit ascribenda. Ac primum verba faciam de illa quæ Mediolani in bibliotheca Ambrosiana, et Venetiis in bibliotheca Justinianea reperitur. Hanc autem sancto Athanasio abjudicat Pater Montfauconius, existimatque vel falso Athanasii nomen inscriptum esse, vel alterius Athanasii fuisse magno Athanasio recentioris. Nam in admonitione quæ proposita est supplemento commentariorum *in Psalmos* in *Nova collectione Patrum et scriptorum Græcorum*, talia scribit : « Lectorem monere juvat, commentarium alium Athanasii nomine ferri in bibliotheca Justinianea Venetiis, inque Ambrosiana Mediolani, prorsus diversum ab edito, cujus initium : Ἡ μὲν προφητεία πληροῦται εἰς τὸν Ἰωσὴφ τὸν Ἀριμαθαῖον · sed cum a nemine scriptorum memoretur, vel alterius nostro gentilis opus fuerit, vel Athanasium illum magnum ementitur. » Et in *Diario Italico* (6) recensens codices a se in bibliotheca Ambrosiana inspectos : « Animadvertendum est, inquit, alium commentarium in ista bibliotheca, nec non in Museo Justinianeo Venetiis occurrere, qui Athanasii nomen item præfert : at Athanasii magni esse nequit. Germanum enim singulis ferme paginis multis post Athanasium sæculis patriarcham Constantinopolitanum memoratum novimus. Istius initium est : Μακάριος ἀνήρ, » etc. Et in eodem *Diario* loquens de bibliotheca Justinianea ait : « Adest quoque commentarius Athanasii *in Psalmos*, cujus scriptor, vel Athanasium ementitur, vel alius ὁμώνυμος est titulus : Βίβλος τοῦ προφητάναχτος Δαβὶδ, καὶ θείου ὑμνογράφου, *Liber prophetæ regis, ac divini hymnorum scriptoris Davidis.* Post hæc : Ἐξήγησις τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου · *Expositio S. Patris nostri Athanasii.* Idem commentarius est, atque ille de quo in Ambrosiana supra. » Et quoniam erit fortasse aliquis rerum ecclesiasticarum studiosus, qui commentarium, cujus locis supra laudatis meminit Montfauconius, si non totum, certe ex parte inspicere desiderabit; haud ingratam me lectori rem facturum credidi, ut suam de eo sententiam tutius ferre possit, si ex eodem commentario expositionem in primum S. regis Davidis psalmum hoc loco ascripserim; eam quidem scriptam inveni in pagella inserta in nostrum codicem, et minime cum aliis codicis paginis assuta et conglutinata. Quod eo libentius facio, quia in expositione, quam in publicum edere statui, manca est interpretatio primi psalmi. Itaque illius loco supplementi vice hæc erit, quæ talis est.

(5) Lib. v *Bibl. Græc.*, pag. 304 (vet. edit.).
(6) Cap. 2, pag. 12.

Digitized by Google

Ψαλμ. Α'.

A

Psalm. I.

1. Μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη, καὶ ἐπὶ καθέδρᾳ λοιμῶν οὐκ ἐκάθισε.

2. Ἀλλ' ἢ ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός.

3. Καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων·

4. Ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ.

5. Καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀπορρυήσεται,

6. Καὶ πάντα ὅσα ἂν ποίησῃ κατευοδωθήσεται.

7. Οὐχ οὕτως οἱ ἀσεβεῖς, οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἢ ὡσεὶ χνοῦς, ὃν ἐκρίπτει ὁ ἄνεμος ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς.

8. Καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς ἐν κρίσει, οὐδὲ ἁμαρτωλοὶ ἐν βουλῇ δικαίων.

9. Ὅτι γινώσκει Κύριος ὁδὸν δικαίων, καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται.

1. Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentiæ non sedit.

2. Sed in lege Domini voluntas ejus, et in lege ejus meditabitur die ac nocte.

3. Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum :

4. Quod fructum suum dabit in tempore suo,

5. Et folium ejus non defluet,

6. Et omnia quæcunque faciet, prosperabuntur

7. Non sic impii non sic, sed tanquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ.

8. Et ideo non resurgent impii in judicio, neque peccatores in consilio justorum.

9. Quoniam novit Dominus viam justorum, et iter impiorum peribit.

ATHANASII INTERPRETATIO.

1. Ἡ μὲν προφητεία πληροῦται εἰς τὸν Ἰωσὴφ τὸν Ἀριμαθαῖον, ὅτε μὴ συμπαρεγένετο τοῖς Ἰουδαίοις, ἡνίκα πονηρὰ ἐβουλεύοντο. Τὸ δὲ ἴδιον τοῦ λόγου μακαρίζει πάντα ἄνθρωπον τὸν μὴ συνεδριάζοντα, μηδὲ συμπαραινοῦντα τοῖς κακὰ βουλευομένοις, τουτέστι ἀπατῶσι.

2. Οὔτε γὰρ ἄλλως κατορθοῦται ἀρετὴ, καὶ ἀποχὴ κακῶν, εἰ μὴ διὰ μελέτης τῶν θείων Γραφῶν.

3. Ὡς γὰρ τὰ ξύλα ἑστῶτα παρὰ τοῖς ὕδασι ἀεὶ θάλλουσιν, οὕτως ὁ ἀρδευόμενος τῇ τῶν Γραφῶν μελέτῃ ἀναθάλλει τὸν νοῦν ἀεὶ, καὶ ὑγείαν τὴν διάνοιαν κέκτηται· ξύλον δὲ λέγει τὸν σταυρὸν τοῖς ὕδασι κολυμβήθρας περιεχόμενον, καὶ θάλποντα (7) τοὺς φωτιζομένους.

4. Τῷ γὰρ ἰδίῳ καιρῷ ἐκαρποφόρησεν ὁ σταυρὸς τὴν ἡμῶν σωτηρίαν, τουτέστιν τὸν βότρυν τῆς ἡμῶν σωτηρίας καὶ ζωῆς.

5. Φύλλα τοῦ σταυροῦ οἱ πιστοὶ, ὡς ἐπ' αὐτοῦ γεννώμενοι, καὶ ἐν αὐτῷ μένοντες οὐκ ἀπορρυήσονται.

6. Πάντα γὰρ ὅσα διὰ τοῦ σταυροῦ γίνονται κατευοδοῦνται. Προκόπτει γὰρ, καὶ ἐνέστη, καὶ πέρας οὐκ ἔχει ἡ πίστις, ἡ ἐλπὶς, καὶ ἡ ἀγάπη.

7. Οὐδὲν γὰρ τῶν τοῦ σταυροῦ παρὰ αἱρετικοῖς ἢ Ἰουδαίοις ἢ Ἕλλησι κρατεῖ, καὶ καρποφορεῖ. Ἀλλ' ὥσπερ ὁ χνοῦς σκορπίζεται· οὕτως οἱ Ἰουδαῖοι ἀπὸ τῆς ἀνοίας, καὶ ἀπιστίας ἀπέστησαν τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀνερρίπισθησαν διὰ πάντα τῆς γῆς.

8. Οἱ γὰρ μὴ γινώσκοντες, ἢ σέβας Θεῷ μὴ προσφέροντες, μετὰ τὴν ἀνάστασιν εὐθύνας οὐκ ἀπαιτοῦνται, ἔχουσι γὰρ τὴν ἀπόφασιν αὐθαίρετον· οὐδὲ γὰρ εὑρίσκεται ἐν αὐτοῖς ἔργον δικαιοσύνης.

9. Ἔγνωσται γὰρ τῷ Θεῷ, καὶ ἡ τῶν δικαίων ὁδὸς, καὶ ἡ τῶν ἀδίκων· καὶ τὴν μὲν σώζει, τὴν δὲ βδελύττεται, καὶ ἀπορρίπτει ὡς ἄχρηστον.

B

C

1. Prophetia quidem impletur in Joseph ab Arimathæa, quoniam non adfuit cum Judæis, quando improba agitaverunt consilia. Proprius quidem sermonis sensus beatum dicit omnem hominem, qui non adsidet, neque consentit molientibus prava, hoc est seductoribus.

2. Neque enim aliter virtutem assequimur, et a malis abstinemus, nisi divinarum Scripturarum meditatione.

3. Ut enim ligna, quæ prope aquas exsistunt, semper florent : ita irrigatus meditatione Scripturarum mente semper floret, et sanam intelligentiam possidet : lignum autem vocat crucem circumfusam aquis lavacri, et foventem illuminatos.

4. Nam suo tempore germinavit crux salutem nostram, hoc est botrum nostræ salutis, et vitæ.

5. Folia crucis fideles sunt, quippe per eam generati, et in ipsa manentes non defluent.

6. Omnia enim, quæ per crucem fiunt, prosperantur. Proficit enim, et permanet, et finem non habet fides, spes, et charitas.

7. Nihil enim eorum, quæ crucis sunt, apud hæreticos, aut Judæos, aut idololatras obtinet, et fructificat. Sed quemadmodum pulvis dispergitur, ita Judæi ob insipientiam, et infidelitatem defecerunt a Christo, et projecti sunt per omnem terram.

8. Qui enim non agnoscunt, aut Deum non colunt, post resurrectionem non interrogantur, et rationem vitæ reposcuntur, nam manifestam habent damnationem ; nullum enim opus justitiæ in ipsis reperitur.

9. Nota enim est Deo, et justorum via, et iniquorum : et illam quidem custodit, hanc vero abominatur, et abjicit tanquam nequam.

VI. Nunc vero agendum est de altera Psalmorum expositione magno Athanasio ascripta, quæ a clarissimis PP. Benedictinis cum aliis operibus sanctissimi archiepiscopi in lucem edita est. De hac vero iidem Patres in admonitione quæ initio primi voluminis legenti occurrit, ita præfantur : « Expositiones S. Athanasii *in Psalmos* sistimus, lector erudite, illas scilicet diu expetitas, a multis laudatas antiquæ, mediæ, infimæ ætatis auctoribus. Quarum ἀποσπασμάτια quædam in prius editis exstabant. Utrum vero hi commentarii idipsum sint, quod liber *De titulis Psalmorum* ab Hieronymo laudatus, ut nuperi cujusdam fert opinio, non satis exploratum est ; id sane si verum esset, non commode satis inscriptio posita fuisset, cum non de titulis modo, sed etiam de versiculis omnibus hic agatur. » At enim hujusmodi opus, quod Patres Benedictini, ut germanum, et genuinum M. Athanasii fetum in publicum emiserunt, an ejusdem sancti sit, nonnulli eruditi viri, qui illud attentius expenderunt, maxime dubitarunt. Sensit id Montfauconus, qui curam suam atque diligentiam in adornanda operum S. Athanasii editione summa cum laude collocavit; ideo cum supplementum ejusdem expositionis in *Nova Bibliotheca Patrum* postea ederet, hæc scripsit (8) : « Supplementum expositionum *in Psalmos* ex codice Ambrosiano, dum Mediolani ageremus,

(7) Leg. θάλλοντα, *germinantem*.
(8) Tom. II, pag. 69.

Digitized by Google

exscripsimus. Estque codex ille recens ab antiquiori Scorialensi desumptus. Nam ut in Athanasii edito, a nobis haud ita pridem adornato, monuimus, expositiones illæ Athanasii non omnibus suis partibus, et numeris absolutæ sunt, sed amanuensium ausibus passim truncatæ, et in compendium redactæ : quædam etiam ex catenis erutæ. Nihil moror scriptorem nuperum, qui expositiones illas *in Psalmos* non esse Athanasii præpropere pronuntiavit ; sed nulla oblata negandi ratione. Nihil ille curavit, imo potius dissimulavit, hoc operis, omnibus post Athanasium sæculis, Athanasii nomine, allatis plerumque locis, ut in hodierno commentario exstant, a plerisque scriptoribus memorari : nihil movit affinitas styli, verbaque frequentia Athanasiani usus, nihil codicum, unde prodierunt, vetustas ; quæ sane accurato censori, antequam sententiam ferret, serio erant excutienda. Verum ille nasuti se critici partes egisse putavit, cum, missa importuna illa investigandi et disquirendi opera, incunctanter pronuntiavit : *Non sunt Athanasii;* cui nos pari facilitate reponimus : *Sunt Athanasii;* a qua re denuo comprobanda nos exemisti, dum nihil affers, quo tot scriptorum testimonia, totque alia γνησιότητος argumenta convellas. Nemo sane nobis dicam impingat, quod ex affecta vel præjudicata opinione spuria vel dubia opera pro germanis et assertis dederimus ; nam pro virili, et ut æqui ratio postulabat, νοθείας, vel γνησιότητος notas quibusque præmisimus. Ac licet cuique liberum sententiæ adversum nos ferendæ arbitrium mittamus, si quis tamen hanc provinciam adeat, nonnisi excussis argumentis, et notis, quas pro facultate tractatibus singulis præmisimus, judicis et censoris partes occupet. »

VII. Postea vero severiorem censuram in commentarium *super Psalmos*, et in alia opera in sacram Scripturam Athanasii nomine a PP. Benedictinis seu P. Montfaucono edita tulit Casimirus Oudinus in hunc modum (9) : « Quis credat unquam magnum Athanasium, in omni vita tot exsiliis, fugis et persecutionibus agitatum, tantum habuisse otii, ut commentarios in Psalmos, Jobum, Cantica, Evangelium Matthæi, et Lucæ, Epistolam ad Hebræos, et expositionem in Symbolum scriberet? Sunt hæc nugæ, et commenta recentioris Græciæ antiquis incognita scriptoribus, quorum nullus veterum mentionem unquam fecit. Miror Benedictinos monachos ita pueros fuisse, ut excerptis istis et commentariis adhibeant fidem, dubio procul, ut in hac nova sua editione, novum aliquid, licet falsum magni Athanasii produxisse videantur. Commentarius *in Psalmos* eductus ex recentiori bibliothecæ Ambrosianæ codice, qui trecentorum annorum non est, quique rectius multo ob codicis novitatem Athanasio patriarchæ Constantinopolitano tribueretur, qui sub Andronico seniore circa annum 1300 floruit, cujus ætatem refert. Imo alter commentarius *in Psalmos* in eadem bibliotheca longe prolixior sub Athanasii ejusdem nomine, quem tamen ipsius non esse evincunt citationes Patrum Athanasio recentiorum, uti fatetur ipse Bernardus de Montfaucon in *Diario Italico*, cap. 2, pag. 12, ubi Germanum multis post Athanasium sæculis patriarcham Constantinopolitanum memoratum refert. » Hæc convicia potius quam censuram acriori stomacho evomuit vir a catholicæ religionis castris transfuga et rebellis, cujus refellendæ audaciæ provinciam Benedictinis Patribus relinquo. Verum illud prætermittendum non est, quod superius admonui : commentarios *in Psalmos* Athanasii nomine ab ipsis editos ad magnum Athanasium non pertinere, non ejus unius judicium est, sed aliorum etiam doctorum virorum, qui in legendis sanctissimi archiepiscopi aliorumque veterum Patrum operibus versati sunt. Tillemontius, ut alios omittam, vir singularis eruditionis, affirmat (10), se in commentariis, de quibus agitur, aliqua aliorum scriptorum loca, quam Athanasii, cui tribuuntur, observasse. Sed hactenus de commentariis *super Psalmos* a PP. Benedictinis in publicam utilitatem evulgatis ; nunc de Slavica seu Illyrica Psalmorum interpretatione, in qua itidem Athanasii nomen inscriptum occurrit, aliquid mihi dicendum superest.

VIII. Exhibet in suo *Diario Italico* (11) clar. vir Pater Bernardus Montfaucon notam codicum cœnobii Canonicorum Regularium S. Salvatoris. Inter cæteros autem commentarium *in Psalmos* sancti Athanasii Slavica lingua scriptum his verbis enuntiat : « Codex non spernendæ vetustatis, in quo psalmi charactere Slavico. » In admonitione autem, quæ præmittitur *Expositioni Psalmorum* sancti Athanasii, quam in parte secunda tomi primi operum ejusdem sanctissimi Doctoris ipse edidit, talia habentur : « Narrat Gabriel Grodecius, Dantzicanus, professor Hebraicæ linguæ in academia Lipsiana, vir doctus, ac necessitudine mihi conjunctus, exstare in bibliotheca S. Salvatoris Bononiensis in codice perantiquo expositionem Athanasii *in Psalmos* Serviana lingua, quæ est Slavica dialectus, sunt autem Servii Mysiæ superioris populi, nec ambigo ex his nostris expositionibus Slavice versam fuisse. » Sed fallitur vir eruditus : iste enim commentarius Slavica seu Illyrica, non autem Serviana lingua scriptus est ; neque est in Slavicam dialectum translatus ex Græcis expositionibus, quas ipse inter opera S. Athanasii edidit, sed idem est ac ille qui Græcis litteris ac verbis scriptus et compositus Venetiis in Justinianea, et Mediolani in Ambrosiana bibliotheca reperitur, et quem, ut paulo ante dixi, non esse Athanasii, P. Montfaucon affirmat. Equidem hujus commentarii initium, nempe orationem quæ commentario præponitur, et expositionem

(9) *Comm. de script. Eccl.*, tom. I, sæc. IV, c. 8, *Diss. de op. S. Athan.*, pag. 384.
(10) *Mém. eccl.*, tom. VIII, pag. 257.
(11) Cap. 27, pag. 407.

Digitized by Google

m primum psalmum dabo, quam nactus sum et opera et cura reverendissimi P. abbatis Migliavacca, Canonici Regularis ordinis S. Salvatoris, qui etiam se ab aliis audivisse mihi narravit : P. Montfauconum, cum per Bononiam iter faceret, monasterii S. Salvatoris bibliothecam adivisse, atque in ea inspectis antiquis codicibus manuscriptis, quibus bibliotheca illa præstat, cum hunc de quo agitur attente considerasset, suasisse bibliothecario, ut nomen Athanasii deleret, atque in fronte codicis ascriberet nomen S. Cyrilli Alexandrini; et quidem ut ab amico sibi novissime significatum esse asserebat, nunc in parva scheda, quæ in eodem codice exsistit, recentiori charactere scriptum legi nomen S. Cyrilli episcopi Alexandrini; in tegmine autem codicis adhuc remanere nomen Athanasii. Qua de causa autem eruditus vir id faciendum censuerit, me latet. Itaque cujuscunque auctoris commentarius ille sit, me rem gratam curioso lectori facturum existimo, si ejus initium Illyrica, et Latina lingua hoc loco, ut paulo ante pollicitus sum, exhibeam (12).

www.libtool.com.cn

Ter sancta Trinitas totius mundi adjuva, et dirige cor meum ad incipiendum cum intelligentia, et finiendum opus bonum a Deo inspirati hujus libri, quem sanctus Spiritus per os David eructavit, et quem aggredior recitare. Agnoscens vero meam ignorantiam, adoro te exorans, et tuum auxilium invoco, Domine Jesu Christe, doce intellectum meum non in sermonibus labiorum oblectari, sed in cognitione eloquiorum gaudere, et præparare me ad facienda opera, quæ disco et loquor, ut bonis operibus illuminatus, in tuo judicio dexteræ partis particeps fiam. Et nunc Domine, benedic, ut ex corde producto suspirio, lingua canam :

Beatus vir qui non abiit in consilium impiorum, etc.

PSALTERIUM DAVID REGIS SANCTÆ CIVITATIS FILII JESSE ET JUDÆ SECUNDUM PROGENIEM PRO PRIMO ALLELUIA INITIUM PRIMI LIBRI, QUI EST APUD JUDÆOS PSALM. I.

1. Beatus vir, qui non abiit in consilium impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentiæ non sedit.
2. Sed in lege Domini voluntas ejus, et in lege ejus meditabitur die ac nocte.
3. Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum :
4. Quod fructum suum dabit in tempore suo.
5. Et folium ejus non defluet,
6. Et omnia quæcunque fecerit, prosperabuntur ei.
7. Non sic impii, non sic, sed tanquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ.
8. Ideo non resurgent impii in judicio, neque peccatores in consilio justorum.
9. Quoniam novit Dominus viam justorum, et iter impiorum peribit.

ATHANASII COMMENTARIUS IN PSALMOS.

Psalmus David I.

1. Prophetia hæc adimpletur in Josepho ab Arimathæa, quoniam non venit ad Judæos, qui in Christum insidias faciebant. Proprietas autem sermonis hujus beatum dicit omnem hominem, qui non communicat, nec se immiscet iniqua consilia agentibus, aut aliquem injuste persequentibus. Quod vero additur : *Et in via*, viam esse præsentem vitam asserit; nos enim viventes ad interitum vitæ sensim accedimus.

2. Aliter enim non instruetur homo, ut recedat a malo, nisi se exercuerit lectione librorum, ac doctrina sapientum.

3. Nam prout ligna plantata ad aquas semper sunt amœna, ita intellectus sacra librorum doctrina irrigatus pulchre floret, et salutares semper cogitationes habet. Lignum etiam hoc dicitur crux fontibus baptismalibus circumdata, per quam nos lætificamur ac illuminamur.

4-6. In tempore suo fructificavit crux nostram salutem : fructus utpote vivaces, et folia crucis sunt fideles, qui per illam muniti, et in illa permanentes, non decidunt seu non defluunt ab eadem ; omnia enim, quæ propter crucem seu Christi passionem fiunt, prospere succedunt.

7. Crux enim illa, quæ ab hæreticis, Judæis, et ethnicis non colitur, apud eos non fructificat, sed tanquam pulverem eos dissipat. Sic Judæi cum ob incredulitatem ac insipientiam defecissent a Christo, dispersi sunt per universam terram.

8. Nam qui Deum non agnoverunt, vel solam hanc impietatem secum ferentes, post resurrectionem de aliis causis non interrogabuntur; jam enim habebunt damnationem libere per semetipsos volitam, nec invenietur in ipsis ullum opus justitiæ.

9. Noscit enim omnem viam tam justorum quam injustorum, et primos quidem salvat, alteros vero damnat, ac a se rejicit, utpote inutiles.

IX. Age vero, quoniam locus hic jam postulat, de auctore expositionis quam Athanasio in Barberino codice ascriptam nunc primum in lucem trado, verba faciamus. Profecto ut eam magno Athanasio tribuendam existimem, primum moveor judicio duorum doctissimorum virorum Andreæ Schotti, et Lucæ Holstenii, quorum alter ex antiquo codice Augustanæ bibliothecæ describendam curavit ; alter vero non solum præfationem, brevem quidem, sed admodum elegantem, et tanto viro dignam ascripsit, sed ulterius hoc Athanasii opus inter cætera sanctissimi doctoris præcipue excellens, et eximium esse censuit, et ut verbis Tillemontii utar (13), *comme le chef-d'œuvre de S. Athanase*. Etenim an. 1627 cum accepisset novam operum S. Athanasii editionem Parisiis adornari, septem homilias S. Athanasii nomine inscriptas, quæ adhuc lucem non viderant, ad typographum Parisiensem misit. qui ea de re lectorem monuit his verbis : « Postremo vir eruditus Lucas Holstenius, Hamburgensis, postquam nos

(12) Exhibet ille quidem hoc loco initium commentarii Illyrica et Latina lingua ; nos vero Latinam tantum versionem et interpretationem exhibemus. Si quis est curiosus lector, et Slavicæ linguæ peritus, illud videat in Romana edit., p. XIX.

(13) *Mém. eccl.* tom. VIII, p. 130, not. 110 *sur S. Athanase*.

Digitized by Google

admonuisset, habere se e Regia et Oxoniensi bibliotheca, et e manuscripto etiam codice R. P. Sirmondi e Societate Jesu homilias numero septem nondum editas, quas Latine convertisset, rogatus a nobis lubenti animo concessit, ut eas, quia serius hoc rescivimus, veluti per appendicem posteriori tomo subjiceremus. » His autem septem homiliis, quas vir eruditione æque ac pietate eximius in Latinum verterat, epistolam ad lectorem præmisit, eam exorsus in hunc modum (14) : « Cum divi Athanasii Opera recudi a typographis audirem, rem me facturum existimavi, et publice utilem, nec bonis, doctisque ingratam, si cætera sanctissimi Patris ἀνέκδοτα conquirerem, et in lucem hac occasione producerem. Collegi ergo opera tumultuaria ex Christianissimi regis bibliotheca, atque ex clar. mem. R. P. Sirmondi, meisque schedis homilias septem Athanasii nomine prænotatas : neque enim Athanasii omnes esse credat, cui vel minimum in hisce studiis judicii, quique vel obiter tantum cætera ejus scripta inspexerit ; » in fine autem ejusdem epistolæ de sancti Athanasii commentario nostro *in Psalmos*, quem, ut puto, viderat, sed non adhuc ab Andrea Schotto nactus fuerat, ita loquitur : « Cætera, quæ adhuc latent in Italiæ et Hispaniæ bibliothecis alii dabunt, præsertim commentarium perpetuum *in Psalmos*, quod ego palmarium Athanasii opus existimo. » Hæc Holstenius.

X. Quod autem magnus Athanasius scripserit etiam *super Psalmos*, nemo est qui dubitare possit. Hujus enim rei locuples testis est beatus Hieronymus in libro *De scriptoribus ecclesiasticis* (cap. 87), ubi, enumeratis sanctissimi episcopi Athanasii operibus, inter alia recenset librum *De titulis Psalmorum*. Quæ beatissimi doctoris verba in Græcam linguam ita vertit Sophronius : Περὶ ἐπιγραφῆς Ψαλμῶν, *De inscriptione Psalmorum* Hujusmodi autem nuncupationem non bene aptari commentario *in Psalmos*, quem ediderunt Patres Benedictini, ubi de titulis Psalmorum ne verbum quidem, ipsi ingenue fassi sunt. At vero in expositionem, quam nos magni Athanasii nomine inscriptam in lucem damus, optime convenire, neminem esse puto qui inficias iverit. Siquidem initio cujusque psalmi ejus titulus seu inscriptio accurate ac diligenter explicatur : deinde convenienter, consequenterque ad tituli inscriptionem ejusque interpretationem psalmus totus exponitur.

XI. Commentarii S. Athanasii *in Psalmos* meminit etiam Nicæna synodus, et quem Hieronymus *De titulis Psalmorum* et Sophronius *De inscriptione Psalmorum* synodus vocat *Librum interpretationis Psalmorum*, eique nos docet præfixam fuisse ejusdem Athanasii *Epistolam ad Marcellinum*. Unde etiam compertum fit, librum *De titulis Psalmorum* non eumdem fuisse ac librum seu *Epistolam ad Marcellinum*, ut aliquis suspicatus est. Verba autem quæ in actione synodi sexta memoriæ traditum est lecta fuisse ab Epiphanio diacono, sunt hujusmodi : « Qui vero ab immortalitate nomen habet Athanasius, clarissime nobis in *Epistola ad Marcellinum* (15), quam præposuit libro interpretationis Psalmorum, disserit sic dicens : « Librum Psalmorum aliquis assumens, prophetias de Salvatore continuo, ut in aliis Scripturis admiratus, et adorans enarrat, » etc. Hanc autem epistolam, de qua mentio facta est in Nicæna synodo (ut occasione mihi data lectorem admoneam, factique mei rationem reddam) explicationi Psalmorum, quam in publicum emitto, adjungam, ut integrum sanctissimi Patris opus, quemadmodum ab ipso editum esse traditur, exhibeam.

XII. Erit fortasse quispiam eorum quibus volupe est, ut ita dicam, magnis clarescere inimicitiis, et emunctæ naris censoris nomen adipisci, qui contracta fronte, et grandi supercilio opusculum nostrum a sanctissimo archiepiscopo abjudicandum esse decernet, vel quia auctor interpretationis Psalmorum, quam damus, pueriliter, ut forte sibi videbitur, in explicandis Psalmorum titulis Hebraicorum nominum interpretationem sectatur, vel quia psalmos omnes in allegoricum sensum exponit. Ego autem e diverso tantum abesse existimo, ut hisce de causis Athanasii nomen e fronte commentarii expungi debeat, quin potius inde putem, duo gravissima argumenta suppetere, quibus liber magno Athanasio, cujus nomen præfert, vindicetur.

XIII. Quod ut planum faciam, opus est paucis disserere, quis primus auctor fuerit, qui Hebraica nomina juxta eorum etymologias ordine alphabetico in Græcum exposita publico usui, et sacrarum litterarum studiosorum commoditati ad sacrarum Scripturarum intelligentiam facilius assequendam prodiderit. Quod sane difficile haud est ; posteritatis enim memoriæ id mandavit Hieronymus (16) : « Qui Philo, inquit, vir disertissimus Judæorum, Origenis quoque testimonio comprobatur edidisse librum *Hebraicorum nominum*, eorumque etymologias juxta ordinem litterarum e latere copulasse. Qui cum vulgo habeatur a Græcis, et bibliothecas orbis impleverit, studii nostri fuit in Latinam linguam eum vertere. » Et antequam Hieronymus ita scriberet, Eusebius Cæsariensis de eodem Philone in sua *ecclesiastica Historia* (17) litteris tradiderat : « Sed et Hebraicorum nominum, quæ in lege et in prophetis occurrunt, interpretationes ab ipso compositæ esse dicuntur. » Philo autem, gente ac religione Judæus,

(14) Vide tom. IV Operum S. Athanasii nostræ recensionis, col. 941. EDIT. PATR.
(15) Synod. Nic. II, act. 6, p. 1518.
(16) Præfat. in libro *De interpret. nom. Hebr.*
(17) Lib. II, cap. 18.

Digitized by Google

patria quidem fuit Alexandrinus. Quare si ejus liber *De nominibus Hebraicis* adeo celebris et frequens in litteratorum manibus erat, ut a Græcis vulgo haberetur, et nulla esset, teste Hieronymo, orbis bibliotheca quæ ipsum non servaret, inde conjecturam facere licet quanto in pretio quantoque in usu apud suos populares Alexandrinos, Christianos præsertim vel Hebræos, esset. Et quidem hac de re non leve argumentum vel inde sumi potest, quod hujusmodi liber neque ipsos gentiles Alexandrinos scriptores latuit, cum ex eo plura in suum usum decerpserint. Nam quæ Hesychius grammaticus Alexandrinus de Hebraicis nominibus in Lexicum suum induxit, ex eo mutuo accepisse verisimile est. Id autem jam antea animadvertisse comperi Joannem Martianæum, qui probabili conjectura hæc adnotat (18) : « Quarta species verborum et interpretationum Philonis superest, ni fallor, in Græco Lexico Hesychii, grammatici Alexandrini, qui non ab alio quam e libro Græco Judæorum disertissimi Hellenistæ, id est ex libro nominum Hebraicorum mutuari potuit nomina bene multa, quæ ipse interpretatur juxta proprietatem linguæ Hebraicæ. Nam unde fluxit apud Hesychium tanta copia nominum, quorum ratio ignorata erat ab omnibus Græcis scriptoribus profanis, nisi ab illo primo conditore voluminis Hebraicarum vocum, sive Lexici sacri, cujus usuram habuisse Alexandrinis facile licuit? » Si autem Alexandriæ Philonis liber magno in pretio habebatur apud homines a Judaica religione et Christiana veritate alienos, quisque inde conjecturam capere potest quanta apud Christianos in existimatione quantoque in usu in sacris Scripturis explicandis esset.

XIV. Quod si quispiam esset qui ea de re dubitaret, facile omnis ex animo dubitationis scrupulus evelli posset ex iis quæ de Origene tradit Hieronymus : nimirum quod in Hebraicis nominibus Veteris Testamenti fecerat Philo, id in nominibus Novi Testamenti præstitisse Origenem, ea laude atque omnium doctorum virorum approbatione, ut eum postea ipse Hieronymus imitatus sit vertendo in linguam Latinam, quæ Græce tantum circumferebantur, ut quod Græci Philonis, et Origenis labore, atque industria habebant, id Latini lectionis sacrarum Scripturarum studiosi cura, atque opera sanctissimi Doctoris adipiscerentur. Verba B. Hieronymi talia sunt (19) : « Ac ne forte consummato ædificio, quasi extrema deesset manus, Novi Testamenti verba et nomina interpretatus sum ; imitari volens ex parte Origenem, quem post apostolos, Ecclesiarum magistrum, nemo, nisi imperitus negabit. Inter cætera enim ingenii sui præclara monumenta etiam in hoc laboravit, ut quod Philo quasi Judæus omiserat, hic ut Christianus impleret. » Ex his vero quæ Hieronymus scripsit, duo ad rem nostram colliguntur : Hebraicorum nominum interpretationem, rem puerilem et nullius utilitatis, ut quidam autumant, minime censendam esse, cum in ea tria præclarissima omnium ætatum ingenia elaboraverint, Philo, Origenes, Hieronymus ; et nostram Psalmorum metaphrasin seu commentarium in quo accurate et diligenter allata Hebraicorum nominum interpretatione, Psalmorum tituli exponuntur, auctorem præseferre scriptorem Alexandrinum, minimeque eam magni Athanasii vel ætati, vel patriæ, vel studiis, et sacræ doctrinæ repugnare, sed quam maxime convenire.

XV. Nunc vero agendum est de allegorica interpretatione, juxta quam perpetuo commentario Psalmi exponuntur. Primum allegoricæ sacrarum Scripturarum interpretationis auctorem veteres scriptores faciunt Philonem Hebræum. Scribit enim de eo in sua *Bibliotheca* (20) Photius : « Circumferuntur ejusdem alia quoque varia opuscula, quibus disputationes fere de moribus continentur, Veterisque Testamenti explanationes ad allegoriam ut plurimum ipsa littera aptata. Et vero ab hoc arbitror omnem allegoricum sacræ Scripturæ sermonem in Ecclesiam promanasse. » Is autem Alexandriæ, ubi natus erat, scripsit, et non solum inter suos, sed etiam inter Christianos celebri nomine ob sacrarum Scripturarum scientiam, et profanarum doctrinarum eruditionem fuit, imo etiam Christianæ religioni nomen dedisse, a quibusdam traditum est. Sane Hieronymus de eo scribit (21), famam fuisse, eum, cum in secunda legatione ad Caium Romam venisset, locutum esse cum apostolo Petro, ejusque habuisse amicitias, et ob hanc causam etiam Marci discipuli Petri, apud Alexandriam sectatores ornasse laudibus ; et ante Hieronymum idem de Philone tradiderat Eusebius Cæsariensis, qui doctissimum Judæum magnis laudibus ornat ; unde constat quanto nomine et quo in honore ille esset Eusebii quoque ætate apud Christianos : Hic porro, inquit Eusebius (22), vir in dicendo copiosus, in sententiis locuples, in divinæ Scripturæ intelligentia sublimis atque excelsus, variam ac multiplicem sacrorum voluminum expositionem edidit. E Philone igitur, qui ἀνὴρ τὰ πάντα εὔδοξος, ait Josephus (23), non solum in sacris Scripturis excellenter versatus, sed etiam externis disciplinis egregie excultus præclara opera in publicum ediderat, allegoricam sacrarum Scripturarum interpretandarum rationem in Alexandrinam Christianorum scholam aliqua ex parte, et quadamtenus derivatam fuisse, quam verisimillimum esse, nemo, ut puto, negabit.

(18) Tom. II Opp. S. Hieron., p. 90 edit. Paris.
(19) Lib. III, cap. 3, n. 7.
(20) Codice CV.
(21) *De script. eccles.* n. 11.
(22) *Hist. eccl.* lib. II, cap. 18.
(23) *Antiq. Judaic.* cap. 9.

Digitized by Google

XVI. Quod autem schola Alexandrina allegoricam interpretationem secuta sit, argumento esse possunt opera Clementis et Origenis, qui ambo Alexandrinæ scholæ præfuerunt. Quorum primus in sacris Scripturis explicandis sæpissime allegoriis utitur, sed in libris *Stromatum* mysticos Scripturarum sensus potissimum amplexus est; siquidem tria sua præclara opera, *Protrepticon*, *Pædagogon*, et *Stromatum* libros eo ordine, et ratione instituit (24), ut gentilium mystagogorum, ac veterum philosophorum exemplo tres gradus, ἀποκάθαρσιν, μύησιν, ἐποπτείαν referret. Alter vero in allegoriis sectandis adeo nimius fuit, ut etiam hoc nomine a multis reprehendatur. Quare et accurata Hebraicorum nominum interpretatio, et allegorica interpretandi ratio in causa esse non possunt, cur noster Psalmorum commentarius magno Athanasio abjudicetur, sed potius argumento esse debet, cur illum sanctissimo episcopo, cujus nomen præfert, asseramus. Nam utraque intento, ut ita dicam, digito indicare videtur, auctorem commentarii scriptorem Alexandrinum fuisse, Alexandriæ natum, et in Alexandrina schola educatum. Profecto non dissimili ratione, qua Athanasius in suo commentario titulorum interpretationem prosecutus est, nonnullorum psalmorum titulos Origenem quoque explicasse, fidem facit fragmentum commentarii Origenis in Psalmos, quod ex codice Vaticano cum aliis in lucem edidit P. Montfauconius, et suæ *Hexaplorum* editioni præmisit (25); ac proinde de antiquitate usus, ac disciplinæ interpretandi in allegoricum sensum psalmos psalmorumque titulos in schola Alexandrina dubitari nequit.

XVII. Quin imo longe ante Pantæni, Clementis et Origenis ætatem, qui successivis temporibus Alexandrinam scholam rexerunt, allegoricas et mysticas Scripturarum expositiones usu apud Christianos Alexandrinos receptas fuisse, testimonio esse possunt, quæ memoriæ posteritatis tradita sunt de Therapeutis, quorum nomine veteres illos Christianos Marci evangelistæ discipulos significatos fuisse antiqui Patres (26), et plures ex recentioribus scriptoribus existimarunt. Mores enim, et *instituta* Therapeutarum referens Philo (27): « Totum vero, inquit, diei spatium, quod ab ortu solis ad vesperum interjacet, in meditatione philosophiæ traducunt. Sacra enim volumina lectitantes philosophantur more patrio præcepta sapientiæ a majoribus tradita allegorice explicando. Quippe existimant verba ipsa nihil aliud esse quam imagines et signa rerum abditarum, quæ per allegorias declarandæ sunt. Sunt etiam apud eos commentarii veterum quorumdam, qui sectæ illius auctores quamplurima eis monumenta doctrinæ illius, quæ in allegoriis posita est, reliquerunt. Quibus isti tanquam exemplaribus utentes morem hunc institutumque imitantur. » Ad hæc autem Philonis verba talia subdit Eusebius (28): « Hæc certe ab eo homine dicta videntur, qui nostras sacras litteras exponentes audiverit. Quos autem, ait, penes illos fuisse veterum quorumdam commentarios, verisimile est, ipsa esse Evangelia, et apostolorum scripta, et expositiones quasdam veterum prophetarum: cujusmodi plures tum in aliis Pauli Epistolis, tum in illa quæ ad Hebræos scripta est, continentur. » At enim Henricus Valesius censet libros Novi Testamenti a Philone haud significari potuisse, cum dicat συγγράμματα παλαιῶν ἀνδρῶν, quales non erant Philonis ætate apostoli et evangelistæ. Ego autem Eusebii sententiam haud prorsus rejiciendam esse puto: nam sæpe παλαιῶν, seu *veterum* nomine intelliguntur, qui una tantum ætate seu generatione (29) nos præcesserunt: et quidem, si in re longe posita a nostra memoria atque ætate, uti conjectura licet, censeo Philonem commentariorum nomine inter alios libros indicare voluisse Evangelium secundum Ægyptios. Nam in eo peculiare quoddam fuisse dicendi genus allegoriis et abstrusis ac mysticis sensibus plenum, fidem faciunt fragmenta quæ ab antiquis scriptoribus ad nostram usque ætatem servata sunt. Ænigmatum enim instar illa sunt quæ ex illo Evangelio laudantur in epistola secunda S. Clementis pontificis Romani, et in libro tertio *Stromatum* alterius Clementis cognominis presbyteri Alexandrini, ex quorum scriptis aliorumque veterum Patrum nobis compertum fit, Evangelio illo, qualecunque fuerit, antiquos illos Christi in Ægypto asseclas usos fuisse. Verum enim postea temporis, cum in universo terrarum orbe fere ad omnium fidelium manus pervenissent quatuor Evangelia, aliæque canonicæ Scripturæ, quæ a sacris evangelistis, et sanctis apostolis θεοπνεύστοις, *a Deo inspiratis*, in fidelis populi utilitatem, et Ecclesiæ ædificationem nobis divini beneficentia tradita sunt; Evangelium illud allegoricum, et fere ænigmaticum, uti exorto et illucescente sole nebulæ dispelluntur, paulatim in desuetudinem abiit, et e fidelium manibus excussum est. Verumtamen posteaquam ex Ecclesia catholica Evangelium secundum Ægyptios eliminatum est, benignos receptores habuit hæreticos; quia cum abstrusos et ambiguos sensus contineret, ad suos astruendos errores obtenebrandamque veritatem, pluribus etiam de suo adjectis suppositisque, opportune eo uti posse censuerunt. Profecto Sabelliani aliique firmum inde

(24) Dan. Heins. in præf. ad Clem. Alex.
(25) Vide hujus *Patrologiæ* tom. XV.
(26) Euseb. *Hist. eccl.* l. v. c. 10; l. vi, c. 14, 15. Hieron. *De vir. illustr.*
(27) *De vit. contempl.*
(28) *Hist. eccl.* lib. ii, c. 17.
(29) Nam γενεὰ est τριακονταετία, *triginta annorum ætas*, ut Porphyrius notat in *Homericis quæstionibus*. Aulus Gellius (lib. ii *Noct. Attic.*, c. 5), codicem *Æneidos* Virgilii, quem sibi Romæ quidam grammaticus emptum in sigillariis xx aureis ostenderat, *mirandæ vetustatis* vocat, et tamen Gellius non adeo longe post Virgilii ætatem vixit.

Digitized by Google

patrocinium, ut ipsi autumabant, vel ad Trinitatis mysterium subvertendum, vel ad legitimas nuptias rejiciendas sibi compararunt. Itaque hinc factum est, ut postea hujus Evangelii a sectariis corrupti et interpolati, in pravosque sensus ejus verbis expositis, tanquam libri apocryphi, et veluti putidæ hæreticorum mercis meminerint S. Epiphanius, S. Hieronymus, Origenes, Titus Bostrensis, Theophylactus (30). Sed eo revertor, unde paulo ante digressus sum.

www.libtool.com.cn

XVIII. Enimvero non solum Alexandriæ, sed etiam ubique Ecclesiarum Orientis primis Christianæ fidei sæculis allegorica sacrarum Scripturarum interpretatio obtinuit. Et quidem quemadmodum nimius atque immoderatus hujusmodi interpretationis usus, cum scilicet abditis Scripturarum sensibus explicandis minime inservit, sed ea scriptor ad suo indulgendum ingenio abutitur, reprehensione dignus videtur: ita e diverso laude excipiendus est, cum receptis veterum Patrum regulis ac præceptis insistit, et intra suos limites se continet. Itaque duo in hac re scopuli summopere vitandi sunt, in quorum alterum impegisse videntur, qui sequentes mysticos sensus, et allegoricas interpretationes ab historica sacrarum litterarum veritate discesserunt; apud alterum vero misere naufragium fecisse, qui mordicus litterali interpretationi inhærentes, relictis veterum sanctorum Patrum vestigiis, in devia ac prærupta abeuntes in luce divinæ eorum sapientiæ ac cœlestis doctrinæ caligaverunt. Atque ita, clausis ad evangelicum lumen oculis, per humilia reptantes, solum humana ac terrena percipientes, majestatem Dei in Christo Domino animo comprehendere nequiverunt, ideo negare ausi sunt; et sectantes humilitatem litteræ a sublimitate exciderunt Divinitatis. Ex horum numero fuerunt Ebionæi, Paulianistæ, Socinianistæ, aliique istorum sequaces. Quamobrem ne recto itinere relicto, in brevia ac syrtes aberremus, in re tam difficili, tantique momenti omnino servanda a nobis est regula, quam sibi sequendam proposuit sanctus Gregorius Nazianzenus, qui in oratione quadragesima secunda: « Nos, inquit, media quadam via inter eos qui crassiore omnino ingenio sunt, et eos qui nimio contemplationis et anagogiæ studio ducuntur, incedentes, ut nec prorsus inertes ac torpidi maneamus, nec rursus curiosiores simus quam par sit, atque a proposito argumento excidamus et evagemur (alterum enim Judaicum quodammodo et abjectum, alterum ineptum, ac somniorum conjectore dignum, paremque utrumque reprehensionem meretur), ad hunc modum de his rebus pro virium nostrarum modulo non nimis absurde nec ridicule disseremus. » Teneatur etiam altera interpretationis lex a magno Augustino aliisque Patribus tradita, ut tum solum proprietas litteræ relinquatur, si ex litterali intelligentia absurdus Scripturæ sensus, vel catholicæ Ecclesiæ doctrinæ et traditioni contrarius eliciatur. Sin secus, ita mysticum et allegoricum sensum a Patribus probatum sequi placeat, ut proprietas litteræ non repudietur. Verba Augustini in libro VIII, cap. 1 *De Genesi ad litteram*, ubi loquitur de paradiso, talia sunt: « Sane si nullo modo possent salva fide veritatis ea, quæ corporaliter hic nominata sunt, corporaliter etiam accipi, quid aliud remaneret, nisi ut ea potius figurate dicta intelligeremus, quam Scripturam sanctam impie culparemus? Porro autem si non solum non impediunt, verum etiam solidius asserunt divini eloquii narrationem hæc etiam corporaliter intellecta, nemo erit, ut opinor, tam infideliter pertinax, qui, cum ea secundum regulam fidei exposita proprie viderit, malit in propria remanere sententia, si forte illi visa fuerant, nonnisi figurate posse accipi. » Demum ad hæc et illud addendum puto, quod docet beatus Joannes Chrysostomus, omnium qui unquam fuerunt aut sunt Scripturarum interpretes, præstantissimus, et quod omnes præ oculis habere debent, qui sacras Scripturas interpretari aut legere aggrediuntur: « Neque enim, inquit (31), sapientia humana opus habet divina Scriptura, ut ea quæ scripta sunt, intelligantur, sed revelatione Spiritus, ut verum sensum eorum quæ in illis continentur percipientes, magnam inde referamus utilitatem. »

XIX. Cæterum mysticus seu allegoricus Scripturarum sensus auctoritate Novi Testamenti innititur. Passim enim occurrunt in Evangeliis et canonicis Epistolis mystici sacræ Scripturæ sensus et allegoricæ explicationes. Quare magnus Gregorius exponens Romano populo parabolam illam de homine qui exiverat ad seminandum, recte aiebat: « Si nos vobis semen verbum, agrum mundum, volucres dæmonia, spinas divitias significare diceremus, ad credendum nobis mens forsitan vestra dubitaret; unde et idem Dominus per semetipsum dignatus est exponere quod dicebat, ut sciatis rerum significationes quærere in iis etiam quæ per semetipsum noluit explicare. Exponendo ergo quod dixit, figurate se loqui innotuit, quatenus certos vos redderet, cum vobis nostra fragilitas verborum illius figuras aperiret. » Et quidem quis unquam sibi persuaderet per duos Abrahæ filios, quorum unus natus est de ancilla, alter de libera, duo Testamenta significari, unum quidem in monte Sina in servitutem generans; alterum vero in libertatem filiorum Dei, qua Christus nos donavit [1]? Quis crederet per sacerdotem Melchisedech æternum pontificem Christum Dominum [2], per tabernaculum cœlum [3], per sanguinem hircorum, et vitulorum sanguinem ejusdem Christi Domini, per Sancta sanctorum interius cœli aditum adumbratum fuisse [4]? Quis in animum

[1] Galat. IV, 22, 23, seqq. [2] Hebr. VIII, 1 seqq. [3] Hebr. VIII, 5 seqq. [4] Hebr. IX, 5, 11 seqq.

(30) Epiph. hær. LXXII, cap. 2; Hier. præf. hom. *in Matth.*; Orig. hom. *in Luc.*; Tit. Bostren., Theoph. *ad pr. Luc.*

(31) Hom. *in Genes.*

Digitized by Google

suum induceret per animalia, quorum sanguis inferebatur pro peccato in Sancta per pontificem, corpora autem cremabantur extra castra, indicatum esse Jesum, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam civitatis Jerusalem passurum esse; nisi hæc divina et admiranda mysteria nobis apostolus Paulus aperiret[6]? Cujus in mentem unquam venisset, per Adam, qui immisso a Domino sopore, et per Evam, quam ex dormientis costa in mulierem Deus ædificavit[6], et de qua dictum est[7]: *Quamobrem relinquet homo patrem suum, et matrem, et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carne una*: Christum significari et Ecclesiam, quæ ex latere Christi Domini sanguine et aqua fluente obdormientis in cruce, immisso voluntariæ mortis sopore, efformata est, et sanguine ipsius redempta, et aqua baptismi sanctificata, ob quam reliquit (32) æternum suum Patrem, descendens ipse de cœlo, ut humanam carnem susciperet, et deseruit matrem, nempe ingratam et incredulam Synagogam, unde originem, ut homo, ducebat, ut scilicet adhæreret Ecclesiæ fidelium, et ejus caput exsistens mysticum illud corpus efformaret; nisi idem beatus apostolus admiratione obstupefactus ad illa verba clamans diceret: *Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo, et in Ecclesia*[8]. Quis hæc, et plurima alia, quæ in divinis Pauli litteris continentur, unquam crederet, nisi ea nos beatus apostolus edoceret? Neque ideo Origenes reprehenditur ab Eustathio martyre Antiocheno (33), a magno Basilio (34), Joanne Chrysostomo (35), Epiphanio, Theophilo, Hieronymo (36), aliisque, quod spiritalem Scripturarum sensum exposuerit, vel quod ingenii solertia caruerit, qua mysticos, quos revera complectitur Scriptura sensus, investigaret; sed quod ea in re nimium ingenio suo indulserit, et spreto litterali sensu allegorias quæsierit locis propemodum innumeris, a quibus prorsus alienæ sunt.

XX. Et quidem veteres Ecclesiæ doctores etiam ubi sacris Scripturis explicandis litteralem potius sensum quam allegoricum secuti sunt, spiritalem tamen ac mysticum agnoscunt ac probant, et primum corpori, alterum vero animæ comparant. Tertullianus agens de Oratione Dominica (37): « Quanquam, inquit, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, spiritaliter potius intelligamus. Christus enim panis noster est, quia vita Christus, et vita panis, etc. Itaque petendo panem quotidianum, perpetuitatem postulamus in Christo, et individuitatem a corpore ejus. Sed et quia carnaliter admittitur ista vox, non sine religione potest fieri et spiritalis disciplinæ. Panem enim peti mandat, quod solum fidelibus necessarium est; cætera enim nationes requirunt. Ubi dictione illa *spiritaliter* allegoricum et mysticum verborum sensum, illa vero *carnaliter* litteralem significat. » Nec dissimiliter sanctissimus martyr Cyprianus Tertullianum, quem magistrum vocabat, secutus, loquens de eadem Orationis Dominicæ petitione (38): « Quod potest, ait, et spiritaliter, et simpliciter intelligi: quia et uterque intellectus utilitate divina proficit ad salutem. Nam panis vitæ Christus est, et panis hic omnium non est, sed noster est, etc. Potest vero et sic intelligi, ut qui sæculo renuntiavimus, et divitias ejus, et pompas fide gratiæ spiritualis abjecimus, cibum nobis tantum petamus et victum. » Quibuscum consentit beatus Augustinus (39), qui loquens de paradiso ab Origene ejusque discipulis non proprie, sed figurate intellecto: « Quasi propterea, inquit, non potuerit esse paradisus corporalis, quia potest etiam spiritalis intelligi? Tanquam ideo non fuerint duæ mulieres, Agar et Sara, et ex illis duo filii Abrahæ, unus de ancilla, et alius de libera; quia duo testamenta in eis figurata dicit Apostolus; aut ideo de nulla petra, Moyse percutiente, aqua defluxerit, quia potest illic figurata significatione etiam Christus intelligi, eodem Apostolo dicente: *Petra autem erat Christus*[8*]. Nemo itaque prohibet intelligere paradisum, vitam beatorum; quatuor ejus flumina, quatuor virtutes, etc. Hæc et si qua alia commodius dici possunt de intelligendo spiritaliter paradiso, nemine prohibente, dicantur: dum tamen illius historiæ veritas fidelissima rerum gestarum narratione commendata teneatur. » His autem addi possunt cæteri omnes Patres quotquot in Ecclesia Dei floruerunt ab exortu Christianæ fidei ad postrema usque et ætati nostræ propiora sæcula. Quamobrem tantum abest, ut nostra Psalmorum translatio, seu interpretatio, qua Psalmorum verba de Christo et Ecclesia explicantur, Athanasio, cujus nomen inscriptum est, adimi debeat, vel tanquam inepta ac puerilis a sensatis viris et in

[6] Hebr. XIII, 11, 12. [6] Genes. II, 21. [7] ibid. 24. [8] Ephes. V, 32. [8*] 1 Cor. X, 4.

(32) *Si ergo Christus adhæsit Ecclesiæ, ut essent duo in carne una, quomodo reliquit Patrem? quomodo matrem? Reliquit Patrem, quia « cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens. » Hoc est enim, reliquit Patrem, non quia deseruit et recessit a Patre; sed quia non ea in forma apparuit hominibus, in qua æqualis est Patri. Quomodo reliquit matrem? relinquendo Synagogam Judæorum, de qua secundum carnem natus est; et inhærendo Ecclesiæ, quam ex omnibus gentibus congregavit.* S. Aug. tract. IX, *in cap.* II *Joan.*, n. 10.

(33) In serm. *De ventriloqua, seu Pythonissa.*

(34) Hom. 5, *in Hexaemeron.*, n. 9.

(35) Hom. 13 *in Genesim.*

(36) Hieron. *ep.* 38 *ad Pammach.*; in præf. lib. V Comment. *in Isaiam*, et præfat. *in Malach.*

(37) Cap. 6.

(38) In expl. Orat. Dom.

(39) Lib. XIII *De civit. Dei*, c. 21.

Digitized by Google

ecclesiasticis studiis et Christiana pietate excultis eadem contemni, quin potius reor argumentum hinc recte sumi posse ut sanctissimo Doctori adjudicetur.

XXI. Cardinalis Thomasius, vir et eruditione et morum sanctitate illustris, allegoricos Psalmorum sensus Christianos sensus vocat in præfatione ad Psalterium, quod cum Latina interpretatione ab eo elaborata in publicam utilitatem emisit : « Porro, inquit, ne aliqua saltem deesset vel brevis manuductio ad secretiora mysteria, sensaque Psalmorum tum de Christo et ipsius corpore Ecclesia universa, et particularibus hujus corporis, sive collegii membris, id est fidelibus, tum etiam de cœlesti patria, quos sensus recte appellaveris sensus Christianos, patefactos nobis, tanquam scisso templi velo, morte Christi, qui apostolis aperuit sensum, ut intelligerent Scripturas, et quæ scripta sunt in Lege Moysi, et Prophetis, et Psalmis de ipso, » etc. Ita recte ac sapienter pius et doctus cardinalis ex veterum Patrum doctrina de allegorico et spiritali Psalmorum et sacræ Scripturæ sensu locutus est. Nam Origenes in libro *De principiis* (40) arguens eos qui ex circumcisione erant, quod in Salvatorem nostrum non crediderunt, sed in varios errores lapsi sunt, quia sacras Scripturas non secundum spiritalem sensum, sed secundum litteræ sonum interpretantes in via veritatis voluntario casu cæcutierunt : « Iis autem omnibus nulla, inquit, falsarum opinionum, nulla impietatis et stolidorum de Deo sermonum causa esse alia videtur, quam Scriptura non secundum spiritualem sensum intellecta, sed secundum litteralem accepta. Quapropter iis qui persuasum habent sacros libros non hominum esse commentarios, sed sancti Spiritus afflatu, voluntate Dei parentis universorum per Jesum Christum scriptos esse et ad nos pervenisse, qua via in eorum lectione insistendum esse nobis videatur, indicare conabimur, servata cœlestis secundum successionem apostolorum Ecclesiæ Jesu Christi regula. Et esse quidem mysticas quasdam dispensationes, quas divinæ Scripturæ indicant, etiam simpliciores fidelium credunt. » Ad hæc autem Origenis verba apposite subjicit Carolus de Larue (41) : « Nihil his verbis accuratius. Generale illud principium, quod mysticos in Veteri Testamento sensus ponit, apostolicæ doctrinæ pars est, et veritas certa, quæ ministerio pastorum ad nos usque pervenit. »

XXII. Profecto dubitari nequit omnia quæ in Veteri Testamento vel scripta, vel gesta fuerunt, in figura fuisse rerum quæ in Novo fieri aut contingere debebant, eaque respicere personam Messiæ, ejusque Passionem, Resurrectionem, et humani generis redemptionem, evangelicæ doctrinæ propagationem, gentilium conversionem, et quæcunque alia, quæ ad ejus divinam personam et dispensationem seu οἰκονομίαν pertinent. Quare si in explicandis Scripturis omnia ad Christum ejusque Ecclesiam prudenter referantur, neque erroris, neque ineptiæ id accusari debet, cum illa hoc consilio, et hac mente, Spiritu sancto dictante, scripta sint. Et quidem huc pertinere videntur verba illa apostoli Pauli, omnia scripta fuisse ad nostram institutionem : *Quæcunque enim*, ait, *scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt* [9]. Et de spiritali ac sublimiori Scripturarum intelligentia non improbabiliter ab aliquibus accipiuntur verba S. Lucæ, quibus refert Christum Dominum post resurrectionem suam apostolos ad Scripturas intelligendas instituisse : *Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent Scripturas* [10]. Ad hæc enim evangelistæ verba respicieus S. Leo scribebat ad Flavianum in præclara illa epistola contra Eutychetem : « Donato intelligentiæ lumine, sacrarum Scripturarum occulta pandebat. » Origenes autem in eumdem sensum interpretatur verba illa Joannis : *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem* [11]. Respondens enim conviciis ac calumniis Celsi impii philosophi, sanctæque nostræ religionis irrisoris, ad locum illum evangelistæ hæc subjicit (42) : « Hic quærimus quænam fuerint multa illa, quæ Jesus discipulis suis dicere habebat, et quæ tum portare non poterant. Et dico : Forte quia Judæi erant apostoli, et Mosaica lege secundum litteram accepta innutriti, hæc fuerunt, quæ illis dicere habebat : Quænam esset vera lex, quarum rerum cœlestium umbra, signisque cultus Judaicus constaret ; quæ futura bona præscripti de cibo, et potu, de festis, neomeniis et Sabbatis ritus adumbrarent. » Et quoniam furcifer ille affirmabat Scripturas nostras non posse allegoriam pati, reponit Origenes (43) : « Fortasse probabile quid dici ab eo videretur, si Scripturas allegoriis interpretari inventum esset recens. Cum autem id fecerint vel ipsi dogmatum parentes et scriptores, quid aliud cogitandum est, quam illa fuisse scripta sic, ut eorum præcipua mens in allegoriis contineatur. »

XXIII. Quod vero propius rem nostram attingit, nempe rationem interpretandi Psalmos de Christo Domino et Ecclesia, primis Christianæ fidei temporibus ubique receptam, et probatam fuisse, locupletissimum nobis testimonium perhibent non solum Ecclesiæ Orientalis scriptores ; verum etiam multi inter Oc-

[9] Rom. xv, 4. [10] Luc. xxiv, 39. [11] Joan. xvi, 12.

(40) Lib. iv, n. 9.
(41) Præfat. in tom. II Orig., art. 5.
(42) *Contra Cels.* l. ii, n. 2.
(43) Ibid., lib. iv, n. 49.

Digitized by Google

cidentales, sed omnium instar unus sit Hilarius doctrina et sanctitate rebusque gestis scriptisque insignis, Athanasio coævus, et amicitia et fœdere adversus fidei hostes conjunctus, qui in præfatione commentariorum quos *in Psalmos* composuit, talia scribit : « Non est vero ambigendum, ea quæ in Psalmis dicta sunt, secundum evangelicam prædicationem intelligi oportere ; ut ex quacunque licet persona prophetiæ Spiritus sit locutus, sit tamen totum illud ad cognitionem adventus Domini nostri Jesu Christi, et corporationis, et Passionis, et regni, et ad resurrectionis nostræ gloriam, virtutemque referatur. » Hilario, cæteris omissis, quia longum esset omnes referre, unum adjungam Augustinum (44), qui : « Vix est, inquit, ut in Psalmis invenias voces nisi Christi et Ecclesiæ, aut Christi tantum, aut Ecclesiæ tantum. » Itaque nemini dubium esse debet tam Orientalis quam Occidentalis Ecclesiæ Patres, qui primis Christianæ fidei sæculis floruerunt, spiritalem sacrarum Scripturarum sensum potissimum sibi exponendum proposuisse, præsertim in Psalmorum libris, in quibus multa vix aliter quam de Christo et Ecclesia explicari possunt. Qua in re exemplum habebant et Christi Domini, et apostolorum, qui et in Evangelio, et in canonicis epistolis plura loca Veteris Testamenti in mysticum sensum, ut antea dixi, interpretati sunt.

XXIV. Et quidem ante Christi adventum Synagoga ipsa utrumque sensum et spiritalem et litteralem agnovit, quorum primo Pharisæi, alteri vero Sadducæi studuisse videntur, licet utrique Scripturas falsis interpretationibus, divinæ veritati fabulas suas subjicientes, corruperint. Profecto plures doctissimi viri in arcanis Judæorum disciplinis ac litteris versati, censuerunt fieri non potuisse, ut omni careret fundamento Kabala Judaica (45), fœdissime licet corrupta et adulterata. Antiquis enim fabulis vulgo concedi solet aliquid veri loco fundamenti subesse : neque verisimile esse e nihilo provenisse famam et existimationem doctrinæ Kabalisticæ, a tot sæculis sermonibus hominum agitatæ. Quibus auctor quidam rerum Judaicarum peritus addit (46), si Kabala aliqua a sanctis viris et prophetis exculta et conservata sit, et si Sephiroth qua forma nunc pingi solent, vere fuerint illius Kabalæ compendium, non aliud fuisse ejus argumentum quam doctrinam gratiæ Ecclesiæ a Deo revelatam : et Sephiroth, adjungit alius scriptor Rabbinicis rebus eruditus (47), ea figura picta, qua delineari solent, exhibere speciem corporis humani, unde nobis Messiam regem, et hominem Deum repræsentari, cujus divinas virtutes et perfectiones in suo regno et persona manifestandas summatim contineri decem illis Sephiroth, nempe coronam, sapientiam, intelligentiam seu bonitatem, magnificentiam, severitatem, gloriam, victoriam, majestatem, fundamentum, regnum. Et Reuchlinus lib. II *Kabalæ :* « Antiqui Hebræi, inquit, tres istas supremas Sephiras cognoverunt in אין סוף *en soph* in Deo reperiri coæternas et consubstantiales Deo, quas ob vocum indigentias tres luces vocaverunt, de quibus aliquod vestigium habemus apud Joannem, qui de Verbo æterno testatur vers. 9, quod *erat lux vera,* » etc. Post hæc autem Reuchlini verba ita prosequitur Bartoloccius (48) : « De his lucibus earumque reali distinctione inter se, et processione unius ab aliera, et identificatione cum essentia divina conspicue et diserte egit doctissimus episcopus Marsicensis Joseph Ciantes in suo libello *De sanctissima Trinitate contra Judæos*. Quibus rite intellectis (loquitur de decem illis Sephiroth), nihil video in ea doctrina aliquid contra sanam doctrinam, imo omnia consona esse Ecclesiæ catholicæ, et cum iis quæ docentur a theologis convenire. Verum tamen est, quod moderni Kabalistæ, ut mysteriis religionis Christianæ omni spiritu se opponant, totam œconomiam Sephirarum suis vanis commentationibus, et chimericis atque inanibus nominibus inficiunt, quæ ex certis sacræ Scripturæ locis, juxta artem, quam modernorum Hebræorum Kabalistæ tradunt, eliciuntur. » Verum quidquid sit de Rabbinicis hisce figuris, quas Sephiroth seu Sephiras, quod nomen numerationem seu personam significat, vocant, illud certum est, hujus vocis *Kabalæ*, ut observavit Joannes Morinus (49), triplicem esse apud inferioris ætatis Hebræos significationem : primo sumitur pro traditionibus, quas vocare solent legem oralem, quæ *Talmude* continetur (50) ; secundo pro rabbinorum et doctorum a

(44) Ad psal. LIII.

(45) Hebraice הקבלה, *Hakabalà*, Latine *traditio.*

(46) Burnet, *Archæolog. philosoph.;* auct. *Kabal. denua.* part. II.

(47) Vitring. *Obser. sac.* l. I, dissert. 2, *De Sephiroth Kabalist.*

(48) *Bibl. Rabbin.*, parte IV, pag. 232.

(49) *Exercit.* lib. II, exerc. 9, cap. 5.

(50) Rabbenù Hakkadosc, qui temporibus Antonini Pii, M. Aurelii, L. Veri, et Commodi imperatorum inter suos maxime claruit, priscorum sapientum Judæorum, ut rabbini tradunt, schedulas omnes, quibus memoriæ juvandæ causa, תורת שבעל פה *Thorath Scebaàl Pe*, oralis lex scripta erat, diligenter collegit, et ex iis circa annos Domini 189 et 194 volumen composuit, quod ab ipso משנה *Miscnà*, hoc est *repetitio legis* inscriptum est. Alia autem opuscula, quæ a priscis rabbinis, post rabbinum Hakkadosc composita sunt, veniunt sub nomine *Miscnayoth*, et vocantur *Barayctoth*, nempe extraneæ traditiones, quarum lectionem una cum *Miscnà* conjungunt Hebræi. Totum autem istud jus Judaicum, seu legis repetitio duabus partibus coalescit *Miscnà* et *Ghemarà*. Miscnà est purus et primarius textus, quo summatim et veluti per aphorismos hujusmodi lex repetita seu jus Judaicum exhibetur. גמרא *Ghemarà* vero, quæ ita dicta est tanquam legis oralis perfectio, absolutio et consummatio, est altera pars, qua *Miscnæ* variæ explicationes et variarum opinionum discussiones conti-

Digitized by Google

Moyse in hæc usque tempora successione; tertio .Kabala dicitur doctrina quædam mystica ex variis nominum divinorum combinationibus et resolutionibus litterarum alphabeti vario situ, permutatione, decussatione, decem Sephiroth, sive Dei attributis varie inter se comparatis, aliisque ejusmodi næniis orta et eruta. Ita Morinus. Et quoniam Kabalæ nomen, ut dictum est, proprie significat legem seu doctrinam a majoribus ore traditam, distingui etiam ea solet in veterem ac recentiorem. Recentior quidem, quæ in priscis rabbinorum scholis ortum et principium habuit, nihil aliud est, ut aliqui putant, quam philosophia Pythagorica, quatenus Pythagoræ dogmata posteritati innotuere, sive Platonica de Deo et rebus spiritalibus ex Scriptura illustrata, et ænigmatice ac symbolice proposita; vel potius sanctarum Scripturarum theologia symbolis Platonicorum et Pythagoricorum ænigmatibus, et rabbinorum fabulis ac puerilibus tricis obscurata. Hæc Kabalistarum libris continetur, et ad eam illustrandam incubuerunt Joannes Carolus Saracenus, Picus Mirandulanus, Joannes Reuchlinus, Paulus Riccius et auctor anonymus librorum *Kabalæ denudatæ;* cui et alia Kabalæ species posteriorum rabbinorum propria adjungenda videtur, si non tempore æqualis, certe non multo illa inferior, de qua præter Morinum a me nuper laudatum, aliosque scriptores Bartoloccius pluribus in locis suæ *Bibliothecæ Rabbinicæ* meminit, eamque detestatur his verbis: « Auctores infamis illius artis quam kabalisticam appellant, et per quam profani homines, qui kabalistæ inter Judæos dici voluere, totam sacram Scripturam litterarum permutationibus, valoribus numericis pro elementis alphabetariis acceptis, dictionibus integris in numeros resolutis, et in alium omnino usum diversum, et quandoque contrarium, et diametrice oppositum ipsi sacræ Scripturæ, ausu prorsum temerario et omnino damnando, eamdem sacram paginam deturpare conati sunt. » Altera vero antiquior est, quæ ante Christum natum inter viros vera Scripturarum scientia instructos obtinuit (51), quæque versabatur in intelligendo mystico Scripturarum sensu, et longe sublimiori illo, qui ex litterali et naturali verborum intellectu legenti occurrit: et hanc quidem scientiam fuisse, aiunt, prophetarum et sanctorum Veteris Testamenti a Moyse, et a Deo ipso servis suis traditam, quæ non solum versabatur circa allegoricos et mysticos sacrarum Scripturarum sensus, sed etiam complectebatur dogmata præcipua fidei Judaicæ de veneranda in Deo Trinitate, de adventu Messiæ, atque humani generis redemptione, animarum immortalitate atque aliis hujusmodi, quæ difficile ex verbo divino non adhuc aperte tradito, intelligi poterant.

XXV. Profecto Christus Dominus et apostoli quibusdam Veteris Testamenti locis usi sunt ad confirmandam veritatem, qui, licet ex proprio litterali sensu ad probandum id quod intendebant, suam vim haberent atque auctoritatem, longe tamen majus eis pondus accedebat ex traditione prophetarum et sanctorum veterum, unde constabat illos ad Messiam respicere, atque in illis de Redemptore agi. Quæ quidem, traditione seclusa, minoris ponderis et levioris auctoritatis apud eos fuissent, et nunc hujusmodi esse forte quibusdam videri poterunt, qui non satis animum intendunt ad tempus, et locum, et personas, quibus illa prolata sunt. Profecto, quæ de mystico et allegorico Scripturarum sensu et doctrina apud Veteris Testamenti Patres per manus, ut ita dicam, tradita dicta sunt, fidem ac probationem accipere videntur ex verbis Hilarii (52): « Qui Moyses, ait, quamvis Veteris Testamenti verba in litteris condidisset, tamen separatim quædam ex occultis legis secretiora mysteria Septuaginta senioribus, qui doctores deinceps manerent, intimaverat. Cujus doctrinæ etiam Dominus in Evangeliis meminit dicens: *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ et Pharisæi: omnia quæcunque dixerint vobis servate et facite, secundum vero facta eorum nolite facere.* Doctrina ergo horum mansit in posterum, quæ ab ipso scriptore legis accepta in hoc seniorum officio et numero conservata est (53). »

pentur. Ex *Ghemarà* autem juncta *Miscnæ* תלמוד, *Talmud*, quæ vox *doctrinam* significat, constituitur. *Talmud* vero duplex est, alterum est Babylonicum, alterum vero Hierosolymitanum. Babylonici auctor fuit Raù Ascè, Babylonicus, et quia morte præventus opus perficere nequivit, postea absolutum est a Marimar, et a Mar filio Raù Ascè, circa annum Domini 500 aut 505; Hierosolymitanum vero, quod est commentarium super nonnullos, non autem super omnes *Miscnæ* libros, ex diversis rabbinorum sententiis collectum in terra Israelitica pro iis præsertim, qui eam regionem incolebant, circa annum Domini 368 scripsit Rabbi Jochanaù dialecto Hierosolymitana; et ideo Hierosolymitanum dictum est. De utroque *Talmud* plura videri poterunt apud Bartoloccium in sua *Bibliotheca Rabbinica*, ubi fuse et multifaria eruditione hisce de rebus pertractat.

(51) Rich. Sim. *Crit. Vet. Testam.*, et *in Litt. resp. ad animadvers. Claud. de Veil.*; Cunæus *De Republ. Hebr.*, lib. III, cap. 8.

(52) Com. *in Psal.* II, n. 2.

(53) Verum enim summopere cavendum est a recentiorum rabbinorum commentis, qui hujusmodi historia et traditione, quam nobis prodit Hilarius, abutuntur in suas nænias et fabulas confirmandas, et ad eas simplicioribus obtrudendas. Fabulantur enim rabbinici doctores, Deum in monte Sina præter legem scriptam alia plura oretenus Moysi tradidisse, quæ *Legis oralis* nomine complectuntur. Moysen autem Josue, Josue vero septuaginta senioribus, seniores prophetis, prophetas viris Synagogæ magnæ, quorum ultimum Simeonem, cognomento Justum, non tamen illum, qui puerum Jesum in ulnis suscepit, sed alium multo antiquiorem, tempore Alexandri Magni, Antigono Sochæo, et aliis subsequentibus viris synedrii magni, et sic deinceps usque ad Rabbenù Hakkadosc, qui ne omnino oblivioni traderentur, ac perirent, schedulas priscorum sapientum, ut ipsi affirmant, huc illuc dispersas

Digitized by Google

XXVI. At vero si rem totam præ oculis positam attentius intueamur, et quæ in Veteri Testamento scripta et quæ in Novo, et quæ a majoribus accepta nobisque tradita sint, diligentius consideremus, nemo erit, ut puto, qui facile animum suum inducat, ut credat, Moysen, prophetas, atque alios veteris legis magistros et sanctitate et scientia præstantes aliquam certam Scripturas allegorice interpretandi rationem seu doctrinam a Deo accepisse, quæ *Kabala* nominanda sit; sed potius generatim eis compertum fuisse in simplicioribus sacrarum Scripturarum verbis arcanos et sublimiores sensus reconditos esse, quos, quantum in se erat, rimati sunt atque investigaverunt. Illis autem non tam suo labore atque industria, quam summa omnipotentis Dei benignitate magis, minusque pro personarum conditione, Spiritu sancto elocente, qui spirat ubi vult, aliqua revelata fuisse, alia vero per manus quodammodo accepisse ex traditione majorum, qui similiter cœlestia mysteria velamine verborum occultata ex parte aliqua assecuti sunt. Cæterum intueri, sublato velamine, divina et superna mysteria, et dispulsis figurarum tenebris, arcanos Scripturarum sensus introspicere, ad id tempus servatum est, quo splendor Patris, lux mundi populis jacentibus in tenebris et umbra mortis exoriretur in terris. Huc autem spectare videntur verba Apostoli in Epistola ad Corinthios: *Non quod sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est, qui et idoneos nos fecit ministros Novi Testamenti, non littera, sed spiritu: littera enim occidit, spiritus autem vivificat* [11]; et paulo inferius: *Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, ut non intenderent filii Israel in faciem ejus, quod evacuatur: sed obtusi sunt sensus eorum. Usque in hodiernum enim diem id ipsum velamen in lectione Veteris Testamenti manet non revelatum (quoniam in Christo evacuatur), sed usque in hodiernum diem, cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum... Nos vero omnes revelata facie gloriam Domini speculantes in eamdem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tanquam a Domini Spiritu* [12]. Ad illa autem Apostoli verba de velamine super cor Judæorum, cum legitur Moyses, ita commentatur Origenes refellens Celsum (54), qui, Judæorum sensus eosdem esse ac Christianorum in sanctis Scripturis interpretandis, temere affirmabat. « Dicemus, inquit, in confesso esse apud utrosque, libros divino Spiritu fuisse scriptos; de illorum autem librorum interpretatione nos cum Judæis dissentire. Quippe non ut Judæi vivimus, negamusque mentem legis contineri sensu, quem legum littera præ se fert. Quinimo affirmamus, cum legitur Moyses, velamen positum esse super cor eorum, eam ob causam, quia legis Mosaicæ mens occultatur iis, qui viam a Jesu Christo monstratam ingredi recusarunt. Scimus autem, quando se quis ad Dominum, qui Spiritus est, converterit, velamen auferri, eumque *retecta facie Domini gloriam, velut in speculo, intueri* in illis sensibus, quos littera legis abscondebat, et in suam ipsius gloriam gloriæ divinæ participem fieri. Nam id, quod hic per figuram vocatur *facies*, aperte loquenti est intellectus, in quo est interioris hominis facies, quæ, perspecto vero legum sensu, tota lumine et gloria resplendet. » Quamobrem juxta verba beati Apostoli spiritalis sacrarum Scripturarum intelligentia, et sublimioris illarum sensus perfecta prorsus atque absoluta cognitio revera solis apostolis, sanctisque Patribus, et Ecclesiæ Dei vivi, quæ est columna, et firmamentum veritatis [13], et ad quam ex apostolica traditione dimanavit, tribui debet. Nam ex iis quæ circa Christum Dominum contigerunt, magna lux sacræ Scripturæ, et præcipue propheticis oraculis allata est. Præterea Christus postquam in cœlum ascendit, Spiritum sanctum, quem promiserat apostolis, misit, qui doceret eos omnem veritatem; ideo docente Spiritu veritatis pervenire apostoli potuerunt ad allegoricum seu spiritalem sacrarum Scripturarum sensum percipiendum, et eo pertingere quo Patribus Veteris Testamenti et magnis prophetis penetrare non licuit.

XXVII. Apostolorum igitur exemplo excitatos, eorumque vestigiis et doctrinæ inhærentes vetustissimos orientalis Ecclesiæ Patres mystico Scripturarum, sensui aperiendo potissimum studuisse, fidem faciunt, ut superius dixi, præter Origenem et Clementem Alexandrinum epistola quæ Barnabæ ascribitur; Commentaria *in quatuor Evangelia* Theophili episcopi Antiocheni, vel alterius antiqui scriptoris, qui Evangelium mystica interpretatione explicat, tum etiam Hebraica nomina quæ in Novo Testamento continentur diligenter interpretatur, et allegoricum sensum pie ac solerter exponit; tum alia ejusdem Theophili aliorumque veterum Ecclesiæ Patrum opuscula quæ ad nos pervenerunt. Cur autem antiqui Orientis Patres in perscrutando mystico seu spiritali Scripturarum sensu adeo diligentes et assidui fuerint, duplici ex causa evenisse, quisque, ut reor, judicabit. Prima, quia hujusmodi interpretationem aptiorem existima-

[11] II Cor. III, 3, 6. [12] ibid. 13-18. [13] I Tim. III, 15.

collegit, librumque *Miscnà* confecit, a quo cum *Ghemarà* conjuncto *Talmud* componitur. *Talmud* autem Hebræi æque ac sacram Scripturam magni faciunt; imo etiam præferunt. Est autem liber plenus ridiculis et putidis fabulis, superstitionibus, blasphemiis et impietatibus refertus, ut merito pluries fuerit a Romanis pontificibus proscriptus, et igni damnatus, et longe antea ab imperatore Justiniano ejus lectio Hebræis interdicta videtur in novella 146, tit. *De Hebræis*, verbis illis: « Quæ vero Deuterosis, quasi secundaria eruditio ab ipsis dicitur, in universum interdicimus, ut qui sacris libris comprehensa non sit, neque desuper tradita per prophetas, sed excerpta quædam virorum contineat, qui terrena duntaxat loquantur, neque quidquam in se divini habeant Numinis, etc.

(54) Orig. *contra Cels.* lib. v, n. 60.

Digitized by Google

bant ad alendam fidelium pietatem et magis accommodatam Christianæ religioni, quæ adoratores exigit in spiritu et veritate; tum etiam quia omnino necessariam esse censebant rectam Scripturarum intelligentiam, cum quædam in Veteri Testamento occurrant, quæ nisi spiritalis interpretatio adhibeatur in absurdum sensum accipi possunt. Altera autem haud dubie ea est, quia per id tempus exorta erat hæresis Gnosticorum, qui catholicorum magistros et doctores, veluti rudes atque imperitos traducentes, specie quadam sublimioris scientiæ ad se alliciebant Christianos, et novis allegoricis interpretationibus adulterantes Scripturas, fabulas suas pro nova quadam reconditaque doctrina venditabant, et non secus ac Pharisæi in veteri lege errores suos ac deliramenta simplicioribus obtrudebant. Profecto Gnosticorum hæresis a Pharisæorum fermento, a quo ut caverent, apostolos monuit Christus Dominus, originem suam ducebat. Neque enim Gnosticorum pseudo-theologia aliud erat, ut etiam alii observarunt, quam philosophia Pythagorica, atque etiam Platonica, ut ab Hebræis kabalistis exposita et interpolata est, et pluribus additis, inversis, amputatis, non parum immutata. Nam Judæorum Kabala, de qua plura superius dixi, quemadmodum et primis Ecclesiæ sæculis a rabbinis tradebatur, atque etiamnum a nonnullis rabbinicarum traditionum magistris traditur (55), agit potissimum de rerum origine et ratione, ac modo generationis seu progressionis et fluxus rerum a primo *ente*, et de earumdem rerum gradibus descensuque a summis ad ima. Non autem dissimile fuit Gnosticæ pseudo-theologiæ argumentum, ut videre licet apud Irenæum et apud Epiphanium, aliosque veteres Ecclesiæ scriptores. Non tam Gnosticos quam veteres Kabalistas circa duos potissimum versatos fuisse (56), ex veterum scriptis, quæ ad nos pervenerunt, comperitur. Primum, ut fabulosis suis commentis exponerent, quo ordine, et qua serie res omnes a Deo sint, tanquam a prima causa, quæ necessario exsistit; secundum, ut ostenderent causam primam et originem mali. Quod de Gnosticis manifesto constat ex ejusdem sancti Irenæi libris *Adversus hæreses*, ubi refert impii Valentini errores. De Kabalistis vero ex eorum libris qui ad nos pervenerunt, et quibus explicandis non solum ipsi Judæi, sed etiam aliqui eruditi viri ex Christianis inanibus variæ scientiæ promissis decepti, ex ænigmaticis sensibus ac præstigiis illusi allaborarunt. Profecto primi Gnosticorum hæresis auctores Judæi fuerunt, ac proinde in kabalisticis fabulis et ænigmatibus versati. Itaque nil mirum est si Gnostici, suorum magistrorum ænigmatica doctrina imbuti, sacras Scripturas ænigmatibus atque ambagibus verborum, mysticis atque alienis sensibus interpretarentur, et Dei Verbum fabulosis suis commentis corrumperent. Quamobrem antiqui illi primorum sæculorum Patres, ut Gnosticorum impietatem et audaciam in adulterina ac perversa Verbi Dei interpretatione rudibus ac simplicibus obtrudenda coercerent, et pestiferæ eorum doctrinæ clanculum serpenti obviam irent, investigando potissimum sacrarum Scripturarum mystico sensui studium omne ac diligentiam adhibuerunt et summopere curarunt, quod pastoralis eorum muneris præcipuum erat, ut Scripturarum allegorico sensu juxta Ecclesiæ ab apostolis acceptam doctrinam, et prædecessorum regulas exposito, Gnosticorum commentis ac fabulis spiritalis interpretationis veritatem opponerent. Quæ cum ita sint, ut paucis concludam, neminem esse puto, qui non intelligat, explicationem Hebraicorum nominum et allegoricam Scripturarum interpretationem et patriæ atque instituto Athanasii, tum etiam ejus ætati ac doctrinæ admodum consentaneam esse, minimeque adversari.

XXVIII. Verum per eadem tempora, quibus claruit Athanasius, exorta impii Arii hæresi, necesse fuit accuratius litteralem Scripturarum sensum excutere atque explicare; quoniam Ariani contextum Scripturarum subdole interpungentes, vel vim verborum astute ac subtiliter exponentes, sacrarum Scripturarum auctoritate ad suæ impietatis confirmationem abutebantur. Itaque novis subinde enascentibus erroribus, et inter Christianos effervescente disputatione, cum alii pro veritate, alii contra starent, et utrique in humanis disciplinis, et dialectica facultate, et Scripturarum lectione apprime versati essent, accurateque proprium Scripturarum sensum ad grammaticæ leges expenderent atque exigerent, in causa fuit cur deinde, disputationis necessitate suadente, litteralis Scripturarum expositio usu recepta in Oriente sit, in qua inter catholicos doctores excelluit S. Joannes Chrysostomus. Nam, ut memoriæ traditum est (57), et Patrum scripta quæ ad nos transmissa sunt, ostendunt, in litterali sacrarum Scripturarum interpretatione maxime floruit schola Antiochena. Siquidem Eusebius Emisenus, qui magistros habuit Patrophilum Scythopolitanum et Eusebium Cæsariensem, Antiochiæ diu versatus est, ibique etiam, ut puto, docuit, familiariter usus Euphronio et Flacillo ejusdem urbis episcopis (58). Exemplo autem et institutione Eusebii historiam, hoc est sensum litteralem (ita enim intelligenda videntur verba Hieronymi, quæ inferius afferam), studiose prosecutus est Diodorus Tarsensis, magister S. Joannis Chrysostomi, Theodori Mopsuesteni, Maximi Seleuciensis, et Nestorii (59-60), quem tamen potius

(55) Burnet. *Archæolog. philos.* c. 7.
(56) Vitring. *Observ. sacr.*, dissert. II, lib. I, c. 2, in not.
(57) Socr. *Hist. eccl.* lib. II, c. 9.
(58) Sozom. *Hist. eccl.*, lib. III, c. 6; Socr. *Hist. eccl.*, lib VI, c. 3
(59-60) Sozom. *Hist. eccl.*, lib. VIII, c. 2; Socr. lib. VII, c. 29.

Digitized by Google

Theodorum, a quo etiam errorum suorum virus hausit, vel certe utrumque audivisse crediderim. Joannes quidem Chrysostomus a B. Hieronymo vocatur (61) « Eusebii Emiseni, Diodorique sectator. » Theodorum vero Mopsuestenum inauspicato magistrum habuit Theodoretus episcopus Cyri, qui et S. Joannem Chrysostomum audivit, ejusque eloquentiam imitatus est ; amborum autem meminisse videtur in præfatione suorum commentariorum *ad Epistolas Pauli*, ubi ait : « Sed fortasse me arrogantiæ et temeritatis accusabunt, quod post hunc et illum, qui totius orbis sunt lumina, audeam apostolicam interpretationem aggredi. Ἀλλ' αὐθαδείας με τυχὸν, καὶ θρασύτητος γράφονται, μετὰ τὸν δεῖνα τοὺς τῆς οἰκουμένης φωστῆρας, τῆς ἀποστολικῆς ἑρμηνείας κατατολμῶντα. Et Theodori quidem Mopsuestiæ episcopi, et magistri sui errores etiam scriptis adversus S. Cyrillum libellis infeliciter tutatus est, laudibusque immodicis in sua *Ecclesiastica historia* ornavit (62). De Diodoro autem Tarsensi hæc memoriæ tradidit Hieronymus (63) : « Exstant ejus in Apostolum commentarii, et multa alia ad Eusebii magis Emiseni characterem pertinentia : cujus cum sensum secutus sit, eloquentiam imitari non potuit propter ignorantiam sæcularium litterarum. » Cum Hieronymo consentiunt Socrates (64), ac Sozomenus (65), quorum primus : « Diodorus, » inquit, « ad episcopatum Tarsi promotus multos conscripsit libros, simplicem duntaxat, atque obvium Scripturarum sensum inquirens, allegoricam vero earum interpretationem refugiens. » Διόδωρος δὲ ἐπίσκοπος Ταρσοῦ γενόμενος πολλὰ βιβλία συνέγραψε, ψιλῷ τῷ γράμματι τῶν θείων προσέχων Γραφῶν, τὰς θεωρίας αὐτῶν ἐκτρεπόμενος. Alter vero non absimilia tradidit scribens : « Diodorum, qui et Tarsensis Ecclesiæ episcopus fuit, multos, audivi, libros posteris scriptos reliquisse, et sacra volumina ad litteram exposuisse, repudiatis allegoriis. Διόδωρον τὸν ἡγησάμενον τῆς ἐν Ταρσῷ ἐκκλησίας· ὃ ἐπυθόμην ἰδίων συγγραμμάτων πολλὰς καταλιπεῖν βίβλους· περὶ δὲ τὸ ῥητὸν τῶν ἱερῶν λόγων τὰς ἐξηγήσεις ποιήσασθαι, τὰς θεωρίας ἀποφεύγοντα. Quin etiam eumdem Diodorum refert Suidas (66) inter alios plures librum composuisse, cui hunc titulum fecit : Τίς διαφορὰ θεωρίας καὶ ἀλληγορίας ; « Quæ differentia sit inter theoriam et allegoriam ? » Ludolpho Kustero, qui nitidissimam Suidæ editionem adornavit, aqua hæret, nec facile se expedit in assignando discrimine inter theoriam et allegoriam. In notis enim, quibus Suidæ opus illustravit, ad verba illa Suidæ talia scribit : « Θεωρία, theoria igitur quid significet, hinc patet. Ab ea differt allegoria, quod hæc in inferioribus subsistat, nec in tam sublimi argumento versetur quam theoria : quæ ratio est, quare Diodorus, ut Suidas hic testatur, de differentia theoriæ et allegoriæ scripserit. » Ego vero mendum puto esse in textu, et pro θεωρίας seu ἀλληγορίας legendum ἱστορίας, adeo ut titulus libri fuerit : Τίς διαφορὰ θεωρίας καὶ ἱστορίας, vel τίς διαφορὰ ἱστορίας καὶ ἀλληγορίας. « De differentia sensus allegorici, et litteralis. » Nam apud Græcos ecclesiasticos scriptores theoriæ nomine significari consuevisse sensum spiritalem et allegoricum manifestum fit tum ex allatis verbis Socratis et Sozomeni, aliorumque plurimorum scriptorum, tum ex multis locis hujusmet commentarii S. Athanasii. E diverso ἱστορίας seu historiæ nomine sensum litteralem et historicum Græcos scriptores nuncupasse, res notior est, quam ulla probatione indigeat, cum plura veterum auctorum loca ad id probandum omnibus in promptu sint (67). Sed redeo ad Hieronymum, ejusque verba de Eusebio Emiseno afferam. Sanctissimus igitur doctor in *Catalogo virorum illustrium* (68) de eodem Eusebio, quem Diodorus sibi sequendum imitandumque proposuit, hæc litteris mandavit : « Eusebius Emisenus episcopus elegantis et rhetorici ingenii, innumerabiles, et qui ad plausum populi pertinent, confecit libros, magisque historiam secutus, ab his qui declamare volunt, studiosissime legitur. » Verum hac de re haud plura, cum ad rem propositam parum pertinere cuiquam videri possint. Ac vero a me hæc omnia hactenus eo consilio disputata sunt ut ostenderem, modum ac rationem sacras Scripturas in allegoricum exponendi sensum, non solum Athanasio æqualem, sed etiam ejus ætate antiquiorem fuisse. Præterea, ut manifestum facerem quibus auctoribus et quo tempore utraque sacros libros explicandi ratio tum allegorica seu mystica, tum historica seu litteralis cœperit ac floruerit. Nam id magnopere intererat, ut nostrum Commentarium jure merito sancto Athanasio, cujus nomen præfert, vindicaremus.

XXIX. Profecto inter cætera sacrarum Scripturarum volumina potissimum Psalmorum libro allegoricum convenire sensum testimonio veterum Patrum, qui in eo aperiendo operam suam collocarunt allatis Hilarii et Augustini verbis, a nobis supra ostensum est, et latius si opus esset, facile demonstrari posset ; sed inane ac superfluum est in re minime dubia testibus uti non necessariis. Clavis autem apo-

(61) In *Catal. vir. illust.*; Niceph. lib. IV, c. 54.
(62) Theod. *Hist. eccl.* lib. V, c. 40.
(63) Hieron. *Catal. vir. illustr.* c. 119.
(64) Lib. VI *Hist. eccl.*, c. 3.
(65) Lib. VIII, c. 2.
(66) In voce Διόδωρος.
(67) Vide Lexicon Suiceri in verbis Θεωρία, Ἱστορία, Ἀναγωγή, Διάνοια.
(68) C. 91.

Digitized by Google

riendi mysticos sacrorum canticorum sensus, et janua penetrandi arcana Davidicorum psalmorum adyta, est titulus cujusque psalmi, teste veteri scriptore, cujus commentarii *in Psalmos* sub nomine Hieronymi editi sunt : « Quid est titulus, inquit, nisi clavis? Ut ita dixerim, in domum non ingreditur, nisi per clavem : ita et uniuscujusque psalmi intellectus, per clavem, hoc est per titulum intelligitur, in cujus persona cantatur, aut in persona Christi, aut in persona Ecclesiæ, aut in persona Prophetæ. » Et S. Augustini titulum psalmi præconem totius psalmi vocat in expositione psalmi CXXXIV, et idem Augustinus de titulo psalmi LIII, quem in allegoricum sensum de Christo exponit : « Inde enim, inquit, pendet omnis versus qui cantatur. Si quis itaque agnoscat, quod in domus fronte præfixum est, securus intrabit, nec cum intraverit, errabit ; hoc enim in ipso poste prænotatum est, quomodo interius non erretur : » Et rursus in commentario *ad psalmum* LXIV, cujus titulum in allegoricum sensum sanctissimus Doctor interpretatur : « Agnoscenda est, ait, vox sanctæ prophetiæ ex ipso titulo psalmi. » Titulos autem inscriptos fuisse potius ad intelligendum percipiendumque psalmorum sensum allegoricum et spiritalem, quam litteralem et historicum, ideoque ad eum potissimum respicere et ad illum pertinere, testimonio sunt quæ scribit idem Augustinus in locis nuper a me laudatis, tum etiam in expositione psalmi LIX, ubi monet qua mente et consilio, Spiritu sancto dictante, tituli psalmis inscripti sint : « Verumtamen sicut solet prophéticus spiritus in psalmorum titulis recedere aliquantulum ab expressione rerum gestarum, et aliquid dicere quod in historia non invenitur, et hinc potius admonere non propter cognoscendas res gestas esse hujusmodi titulos inscriptos, sed propter futura præfiguranda, » etc. Augustino in hac eadem sententia de titulis psalmorum præivit S. Hilarius, qui ad psalmum LXIII : « Psalmi, ait, superscriptio historiam non continet, simplex est, et prophetali spiritu editus... cum enim illi ipsi psalmi, qui secundum titulorum inscriptiones res gestas continere creduntur, in plurimis a tituli sui et rerum, ac personarum proprietate dissentiant, magisque per editiones nominum, atque gestorum, spiritualium operationum significent effectus. » His autem addi debet Cassiodorus, qui in Præfatione *ad Psalmos* sententiam magni Augustini more suo secutus, hæc habet : « Quasdam superscriptiones psalmorum per allusionem consimilem constat spiritualiter intuendas : quia si litteram consideras, extraneum est, cum non ea invenias in psalmis quæ continentur in titulis ; si vero trahantur ad tropicum intellectum, nimis videntur accommode. » Quare paraphrasis nostra, in qua psalmorum cujusque titulus in allegoricum sensum exponitur, ac deinde totus psalmus in eumdem sensum allegoricum seu mysticum de Christo, et Ecclesia, ejusque membris mira brevitate explicatur, sanctissimo episcopo Athanasio, cujus nomen inscriptum præfert, non solum digna reputanda est, sed etiam multo in pretio atque existimatione ab omnibus habenda videtur, cum veterum Ecclesiæ Patrum menti ac sententiæ in recte exponendis intelligendisque psalmis maxime conveniens sit, et consentanea.

XXX. Cæterum inter alia argumenta quæ ad vetustatem nostræ translationis seu interpretationis comprobandam afferri possunt, illud non minimi ponderis est, quod interpretatio versiculis respondet, in quos membratim distincti per cola et commata psalmi antiquitus scribi solebant, non autem per versus longiores, ut in recentioribus codicibus reperiuntur, et in editis libris, quibus Ecclesia et omnes vulgo nunc utuntur, retinentur. Profecto de divisione librorum sacræ Scripturæ per versiculos, seu στιχηροῦς, nos docet Hesychius Hierosolymitanus, qui, ut quidam putant, sæculo sexto vixit, id inventum, atque institutum fuisse a sanctis Patribus majoris perspicuitatis gratia, ut legens periodum per sua membra distinctam facilius orationis intellectum assequeretur (69). Imo vero jam ante Christi Domini adventum comperitur, usu receptum fuisse apud Hebræos, ut Psalmorum aliique sacræ Scripturæ libri versiculis distincti scriberentur; et fortasse inde mos iste ad Christianos devenit. Veterem versuum distinctionem secutus est Origenes in suis *Hexaplis*, quem imitatus est Hieronymus (70), qui Psalterium aliosque sacræ Scripturæ libros per versus breviores disposuit, providens, ut ipse inquit, utilitati legentium ; nam per cola scripti, et commata manifestiorem legentibus sensum tribuunt. Antiquiores utique codices Græci mille et plus annos ante scripti versuum distinctionem retinent ; et non solum Græca, sed etiam vetustiora Latina exemplaria hujusmodi descriptionem per cola et commata habent. Et quidem Psalterium ex antiquo codice Vaticano versiculis brevioribus distinctum ad publicam utilitatem et fidelium pietatis incrementum in lucem edidit ven. mem. cardinalis Thomasius, qui etiam ex divo Augustino in Enarratione secunda in psalmum XXI observat, eamdem versuum distinctionem adhibitam fuisse in Ecclesia, dum cantor ex ambone psalmum particulatim præcinebat; quod autem ipse pronuntiabat, reddebatur a Dei plebe. Verba Augustini talia sunt : « Putas ibi ponunt aures, quando

(69) Ἔστι μὲν ἀρχαῖον τοῦτο τοῖς Θεοφόροις τὸ σπούδασμα, στιχηδὸν ὡς τὰ πολλὰ, πρὸς τὴν μελετωμένων σαφήνειαν τῆς προφητείας ἐκτίθεσθαι. HESYCH. in lib. Στιχηρόν XII *Prophetarum*, tom. VIII *Crit. sac.*, pag. 26.

(70) Præf. *in Ezechiel.*

Digitized by Google

lector ipsorum dicit : *Commemorabuntur, et convertentur ab Dominum universi fines terræ?* Eia forte unus versus est : aliunde cogitabas, cum fratre tuo fabulabaris, quando illud dixit : attende, quia repetit, et surdos pulsat : *Et adorabunt in conspectu ejus universæ patriæ gentium.* Adhuc surdus est, non audit ; pulsetur iterum : *Quoniam Domini est regnum, et ipse dominabitur gentium.* Tres istos versus tenete, fratres, etc. » Quibus clarissimus cardinalis hæc subjicit : « Ex quo loco apparet in cantu psalmi responsorii olim tum in Oriente, tum in Occidente usitatiore, in quo lector præcinebat versus, et populus eosdem ipsos respondendo repetebat, usurpatam fuisse antiquam illam versuum distinctionem, qui breviores erant ; non alteram sequentis ævi versuum paulo prolixiorum... Nam præterquam quod id postulabat ratio ejusmodi institutionis, nempe ut rudis populus psalmos caneret, quos nec de libro legeret, nec memoria teneret ; unde et necesse erat verba ei pauca præberi repetenda, ut membratim cæsimque totum psalmum percurreret. » Sed de hujusmodi divisione per στίχους pluribus erudite disserunt idem cardinalis Thomasius, et Henricus Valesius et Pater Martianæ (71), aliique, quos consulere poterit, qui hac de re plura scire desiderat. Quod enim pertinet ad rem, de qua agitur, illud est, quod præter antiquissimum Vaticanum codicem, quo laudatus cardinalis Thomasius usus est, etiam codex Alexandrinus eodem modo habet Psalterium versiculis distinctum. Codex autem Alexandrinus scriptus est, ut fertur (72), manu Theclæ nobilis feminæ Ægyptiæ paulo post concilium Nicænum, ætate scilicet Athanasii, quem Alexandria, unde Alexandrinus dictus, secum Constantinopolim detulit Cyrillus Lucary, primum in illa, post in hac urbe Græcorum schismaticorum patriarcha, a quo deinde Carolo I Anglorum regi dono missus est. Quare cum translatio nostra versuum distinctioni codicis Alexandrini apprime respondeat, et vetustatem, et auctorem esse Athanasium, cujus nomen præfert, etiam ex hac parte quodammodo demonstrat. Non autem parvi laboris fuit, cum id animadvertissem, ita disponere sanctissimi episcopi translationem, ut singulis psalmorum versiculis subjecta ejusdem Athanasii interpretatio responderet. Erat enim confuse scripta, sæpe commistis Psalmorum cum ipsius expositionis verbis, et ita disposita, ut potius cum recentiori longiorum versuum distinctione, quæ nunc in usu apud omnes Ecclesias est, conveniret. Plura præterea aderant, ut jam a principio monui, menda et errata ; sed de textu quidem nihil immutare ausus sum ; meas vero conjecturas, notulas et emendationes in margine, apposito asterisco seu litterula, ascripsi.

XXXI. Ut vero rem mihi propositam prosequar, hanc interpretationem aut Græcum Psalmorum commentarium, quem in lucem damus, recentioris usus aut temporis haud quisquam fuisse autumet, quia in eo legitur inscriptiones seu titulos psalmorum rubro colore seu cinnabari scriptos fuisse. Siquidem morem adhibendi purpureum colorem minio vel cinnabari confectum in scribendis librorum, seu capitum, aut lectionum titulis longe ante Athanasii ætatem receptum fuisse tum apud Latinos, tum apud Græcos, et probant vetustissimi codices, et pluribus ostendunt duo eruditissimi viri ejusdem Benedictinæ congregationis Mabillonius et Montfauconus (73). Et quidem in ipso Alexandrino codice titulos psalmorum rubro colore inscriptos esse testatur Joannes Ernestus Grabe his verbis : « Sequitur inde ipsum Psalterium, in quo cujuslibet psalmi inscriptio, aut ubi nulla datur, veluti psalmi primi, prima linea minio scripta est, nec non vox διάψαλμα, quandocunque occurrit, id, quod etiam de titulis odarum, et orationum psalmis subnexarum dicendum est. » Encausto autem, quod genus atramenti erat purpurei coloris ex cocti muricis, vel triti conchylii cruore confectum, ut nemini præter imperatorem uti liceret, illudque habere, aut quærere, lege cautum est a Leone imperatore in constitutione Hilariano magistro officiorum, et patricio inscripta (74). Exstant etiamnum in archivo castri Sancti Angeli professiones fidei Græcorum imperatorum Græce tantum, vel Græce et Latine in charta pergamena scriptæ, eorumque manu encausto subscriptæ, quas ad Romanam sedem, tanquam ad caput totius catholicæ Ecclesiæ miserunt : sed eo revertor, unde digressus sum.

XXXII. Neminem ad temere abjudicandam magno Athanasio nostram metaphrasim, seu translationem ex eo commoveri velim, quod in ea non leguntur quæ ex S. Athanasio laudat S. Germanus patriarcha Hierosolymitanus in epistola ad Thomam in hunc modum (75) : « Beatus Athanasius illud psalmi dictum interpretans : *Qui sedes super cherubim, appare*, talem de illis tradidit intelligentiam. Et certe illorum cherubim principalia ἀρχέτυπα ignota sunt omnimodis natura hominibus : spiritus enim et ignis exsistunt, et ab omni corporali formatione atque natura extranea. » Si autem hæc Germani verba considerentur, evidens est, eum minime affirmare, quæ ex S. Athanasio laudat, ab eo in commentario *super*

(71) Card. Thomas. in præf. ad Psal. vers. dist. ; Mart. Proleg. IV, *in Bibl.* S. Hier. ; Vales. in not. ad Euseb. *Hist. eccl.*, lib. VI, c. 16.
(72) Joann. Ern. Grab. *Prol. ad Vet. Test.* LXX Interpr. ex *Cod. Alex.* c. 1, § 1.
(73) Mabill. *De re dipl.*, lib. I, c. 10, n. 3 ; Montfauc. *Palæograph.* lib. I, c. 1.
(74) Leg. *Sacri affatus*, Cod. *De divers. rescript.*
(75) *Act.* IV Conc. Nic. II, tom. IV *Concil. Hard.*, pag. 258.

Digitized by Google

Psalmos scripta fuisse. Itaque fieri potest, ut verba illa Davidica : *Qui sedes super cherubim* [14] : in alio opere, quod B. archiepiscopus scripserat, explanaverit, et quod illud ad nostram ætatem minime pervenerit; plura enim præter ea quæ typis impressa sunt, S. Athanasium scripsisse, tum ex veteribus scriptoribus, tum ex antiquis Græcis codicibus manifestum est, et potissimum ex vetustissima catena Græcorum Patrum, quam fere totam mea manu descripsi ex alio antiquiori codice annis ab hinc octingentis scripta, ubi fragmenta afferuntur ex aliis sanctissimi episcopi operibus, præter ea quæ a Patre Montfaucono, Guillelmo Caveo, Lambecio, Fabricio, Oudino aliisque memorantur. Adrianus etiam papa hoc nomine primus in epistola ad Carolum Magnum auctoritatem affert ex commentario S. Athanasii *super Psalmos* his verbis : « Item S. Athanasii de interpretatione psalmorum inter cætera : Civitas enim Domini, quæ sursum Jerusalem [15] : imago autem eorum terrestris. Quod enim dicit, tale est : Quoniam terrestris, inquit, induti sunt imaginem, et non cœlestis, propter hoc ad nihilum redigentur. Audient enim illo tempore : *Nescio vos* [16] : utpote non indutos eadem Domini imagine. » Adriano additur *Chronicon Alexandrinum*, cujus verba, tum etiam Adriani non leguntur in nostra translatione, sed in commentario *super Psalmos* inveniuntur, quod editum est inter alia opera a P. Montfaucono ejusque sociis. Sed haud difficile est respondere præter translationem seu μετάφρασιν quam edimus, S. Athanasium etiam illum commentarium, si ita aliquibus placet, composuisse; vel certe, quod ille esset Athanasii, cum ipsius nomen præferret inscriptione deceptum Adrianum papam, ut P. Montfaucono aliisque ejus sociis contigisse videtur, crediderit. Quod sane, ut mihi persuadeam, eo magis inducor quia in eadem epistola alia sunt quæ eorum sanctorum esse, quorum nominibus ascribuntur, nemo certo asserere ac præstare voluerit. Quæ vero in *Chronico Alexandrino* habentur, ut etiam de illo aliquid dicam, integra non exstant in commentario Patrum Benedictinorum, et insuper *Chronicon* illud plura apocrypha et suppositicia continet. Demum animadvertendum est, quæ referuntur veluti ex S. Athanasio a S. Germano, et ab Adriano, hujusmodi sunt, ut translationi seu μετάφρασι, parum apta esse videantur, sed commentario potius et fusiori Psalmorum expositioni magis conveniant, ac proinde validum inde argumentum sumi nequit ad quæstionem movendam de auctore nostræ translationis, si in ea non reperiantur quæ translationi minime congruunt; imo potius ab hujusmodi brevibus et compendiosis expositionibus aliena videntur, ideo vel Athanasii non sunt, sed per errorem ei ascripta, vel in commentariis fusiori stylo scriptis, qui temporum forte injuria, ut plura alia deperierunt, quærenda sunt. Quæ quidem recte mea sententia dici possunt de omnibus aliis quæ sub nomine Athanasii leguntur in catenis Patrum editis a Balthazarre Corderio aliisque. Præterea pro commentario nostro seu interpretatione tuenda certe illud silentio prætermittendum non est, quod iis, quæ a S. Germano tanquam ex Athanasii scriptis allegantur, admodum consentanea sunt quæ leguntur in nostra metaphrasi ad psalmum CIII, ubi ad verba illa [17] : *Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignis flammam*, hæc subjicitur interpretatio : « Manifestum quidem est, quod sancti ejus (nempe angeli) spiritus sunt, et virtutes ministrantes ei sunt ignis. » Levis etiam momenti sunt, et nullius fere ponderis, quæ in *Monito*, quod præmittitur commentario Athanasii nomine inscripto, ab iisdem Patribus Benedictinis tanquam ex Theodoreto afferuntur. Primum quia non sunt Theodoreti, ut ipsi innuunt, sed alicujus amanuensis ignoti nominis, et incertæ ætatis, ac proinde nullius auctoritatis : deinde, quia illa omnia, quæ de aliis dicta sunt, de hujus scriptoris fragmento seu testimonio dici possunt : demum ut generatim ac breviter respondeam, et paucis ostendam quam infirmum sit argumentum quod inde a clarissimis Patribus Benedictinis ducitur, ut commentarium de quo agitur S. Athanasio ascribatur, ex eo quod unus vel alter locus veterum scriptorum qui Athanasii scripta laudarunt, in eo inveniatur; exemplo utar commentariorum *in Psalmos*, qui Hieronymi nomen inscriptum habent, in quibus etsi ea quæ S. Augustinus et S. Gregorius VII et ipse Hieronymus ex suis commentariis *in Psalterium* allegat, inveniantur; tamen nunc omnes fere eruditi unanimi consensu conveniunt, non esse illos B. Hieronymo ascribendos, sed alteri scriptori, qui aliquanto post sancti doctoris ætatem scripsit.

XXXIII. At vero alius quispiam fortasse erit qui ad denegandam magno Athanasio nostram metaphrasim, inde sibi non levem conjecturam et argumentum suppetere putabit, quod auctor ejusdem translationis beatam Virginem Θεοτόκον, hoc est, *Deiparam*, nuncupat, cum Joannes Meursius in suo *Glossario* affirmet, « inditum esse hoc nomen Matri Domini ac Salvatoris nostri Jesu Christi a synodo V Constantinopolitana tempore Justiniani. » Enimvero si quis ita sibi persuaderet, longe a veritate aberraret. Quippe multo ante Athanasii ætatem ea voce usos esse veteres Patres, indubitatum est. Quare Socrates (76)

[14] Psal. LXXIX, 2. [15] Galat. IV, 26. [16] Matth. XXV, 12. [17] Vers. 4.

(76) *Hist. eccl.* lib. VII, c. 32.

Digitized by Google

inscitiæ arguit Nestorium, qui hanc vocem Θεοτόκον tanquam novam rejiciebat, quoniam eadem usum fuisse affirmat Origenem et Eusebium Cæsariensem. Profecto eadem vox legitur in Epistola Dionysii Alexandrini, quam *adversus Paulum Samosatenum* scripsit, et in epistola quam *adversus Arii hæresim* Alexander Alexandriæ episcopus, et Athanasii in Alexandrina sede prædecessor ad episcopum Constantinopolitanum, cognominem suum, aliosque episcopos adversus Arium ejusque errores misit; quæ utique, quantum ego censeo, scripta est ab ipso Athanasio, quo defensore, et, ut ita dicam, catholici dogmatis advocato et patrono in Nicæna synodo ipse Alexander usus est; cum enim archidiaconi munus in Ecclesia Alexandrina obtineret, verisimile est etiam scribendarum epistolarum curam ei, qui, teste Ruffino (77), Alexandri episcopi consiliis aderat, demandatam fuisse. Profecto epistolam illam auctorem habere Athanasium, eam attente consideranti, et cum aliis Athanasii operibus conferenti facile persuadebitur. Sed demum hac de re nulla in cujuspiam animo dubitatio insidere potest, si edita S. episcopi opera inspexerit; pluribus enim in locis Mariam Virginem Θεοτόκον nuncupat beatissimus Athanasius; ita in oratione tertia et quarta contra Arianos, in libro *De Incarnatione*, et in libro *contra Apollinarium*.

XXXIV. Si quis vero mihi negotium facessere velit, persuadens sibi commentarium, seu interpretationem, quade agitur, sequiori ætate scriptam fuisse ex iis quæ adnotata occurrunt in argumentum psalmi VI, et alibi in hunc modum: « Titulus præpositus continet : *In finem in hymnis pro octava Psalmus David.* Hoc autem significat: In sæculorum consummatione sancti rogabunt, ut liberentur a judicio, et digni fiant æternæ mercedis retributione: sexto enim sæculo consummatur mundus: septimo autem orbem terræ judicat Dominus: octavo vero hi abeunt in vitam æternam, et hi in supplicium æternum. Propterea dictus est psalmus: *In finem in hymnis pro octava*, eo quod liberentur sancti in octava; » id a me responsum ferat, tantum abesse, ut hinc aliquid contra ea quæ de auctore commentarii disserui, colligi possit, quin potius ejusdem antiquitas astruatur. Neque enim veteres Patres alia ratione locuti sunt de Sabbato, et de Octava, et de psalmis qui *Pro octava* inscribuntur. Ita quidem S. Barnabas in sua Epistola catholica, § 15, ubi loquitur de Sabbato ejusque sanctificatione; et in notis ad verba ejusdem Epistolæ Cotelerius affert ex codice manuscripto fragmentum Græcum S. Irenæi, cujus verba, cum admodum similia sint iis quæ in nostro commentario leguntur, non alienum erit a re nostra Latine reddita hoc loco afferre. In eo quidem, allatis Scripturæ verbis ex capite secundo Genesis, hæc subduntur: « Hoc autem est et antefactorum narratio et futurorum prophetia. Est enim dies Domini quasi mille anni. In sex igitur diebus consummata sunt quæ facta sunt. Manifestum ergo est quoniam consummatio ipsorum sextus millesimus annus est. Et septima die orbem judicat: et octava, quæ est futurum sæculum, alios quidem tradit in pœnam æternam, alios in vitam. Propter hoc dicti sunt psalmi *Pro octava*. Eadem leguntur in antiqua interpretatione Latina libri quinti *adversus hæreses* ejusdem Irænci (78): in eamdem sententiam verba facit Origenes in libro *contra Celsum* (79); Hippolytus apud Photium (80); auctor *Quæstionum et responsionum* inter opera Justini Martyris (81), et Lactantius libro septimo *Institutionum* (82); quibus addendi sunt ex Latinis S. Hieronymus in epistola ad Cyprianum; S. Augustinus *De civitate Dei* (83), et in *expositione psalmi sexti;* Cassiodorus in libro *Variarum* (84): ex Græcis autem S. Gregorius Nazianzenus in oratione *in sanctum Pentecosten*, quæ est quadragesima quarta inter editas; Eusebius Cæsariensis in commentario *in psalmum* VI; auctor *expositionis in Psalmos* a Patribus Benedictinis S. Athanasio ascriptæ in argumento psalmi sexti; S. Joannes Damascenus in homilia *De transfiguratione Domini*, et *De fide orthodoxa* (85); aliique scriptores tum Græci, tum Latini. Horum autem verbis omissis, ne longior sim quam oportet, solum hoc loco afferam quæ eadem de re scribit S. Jacobus Nisibenus episcopus, qui ætate major quidem Athanasio fuit, sed cum eo, dum adhuc Alexandrinæ Ecclesiæ diaconus esset, in Nicæna synodo interfuit. Ejus opera, digna quidem quæ in lucem prodeant, non adhuc typis impressa sunt, et a pluribus clarissimis scriptoribus tanquam perdita deplorantur; sed apud me, et alibi fortasse manuscripta exsistunt lingua Armena. Operum autem S. Jacobi ex antiquis scriptoribus, ut id obiter admoneam, meminit Gennadius, qui ideo putat in *Catalogo ecclesiasticorum scriptorum* de illis B. Hieronymum mentionem non fecisse, quia nondum e Syro sermone in aliam linguam versa fuerant. Verba autem Gennadii talia sunt: « Hunc virum B. Hieronymus in libro Χρονικῶν, velut magnarum virtutum hominem nominans, in *Catalogo scriptorum* cur non posuerit, facile excusabitur: si consideremus ipsos tres, vel quatuor Syros, quos

(77) *Hist. eccl.* lib. I, c. 5.
(78) Lib. V, cap. 28, 29.
(79) Lib. II.
(80) *Biblioth.* cod. CCXCII.
(81) Resp. 71.
(82) Cap. 14.
(83) Lib. XX, c. 15; et XXII, c. 30.
(84) Lib. I, ep. 10.
(85) Lib. IV, cap. 23.

Digitized by Google

posuit, interpretatos in Græcum se legisse, testatum; unde constat eum ignorasse illo tempore Syram linguam vel litteras. Et ideo hunc, qui necdum in aliam versus est linguam, nescisse scriptorem. » Ita Gennadius. At vero quo tempore Hieronymus librum *De ecclesiasticis scriptoribus* composuit, optime jam callebat linguam Syriacam. Siquidem eum librum absolvit, ut ipse testatur, anno decimo quarto imperii Theodosii (86), hoc est anno Domini 392 in Bethlehemitico secessu, cum jam esset provectus ætate, annum agens sexagesimum circiter. Itaque tum vel linguam Syrorum didicerat, vel nunquam, quod certe falsum est, didicit. Ad hæc accedit, quod plures annos antequam opus *De ecclesiasticis scriptoribus* absolveret, cum Hebraicæ linguæ notitiam adeptus esset, Chaldæorum quoque ediscendæ operam sedulo dedit. Lingua autem Chaldaica et Syriaca, veluti ejusdem linguæ diversæ dialecti, adeo inter se affines sunt, ut si characterum diversitatem, seu litterarum formam et figuram, quibus in scribendo Chaldæi et Syri utuntur, et nonnullas vocum terminationes, et pauca quædam alia parvi momenti excipias, eædem pene sint, adeo ut qui alteram ex his novit, facile utramque intelligat. Insuper posito etiam quod linguam Syriacam Hieronymus ignoraret, tamen id minime impedimento esse poterat, quominus de operibus S. Jacobi Nisibeni aliquid litteris traderet, quemadmodum de S. Ephrem, ejusque libris Syriace scriptis in laudato *Catalogo illustrium virorum* mentionem fecit in hunc modum. « Multa, inquit, Syro sermone composuit. » Neque enim cum inter Syros degeret, opera S. Jacobi Nisibeni, si lingua Syrorum scripta fuissent, ac proinde ob auctoris celebritatem omnibus vulgo nota essent, ignorare eum potuisse, verisimile est. At vero non solum Hieronymi ætate, sed etiam postea temporis apud Syros et Syriacarum rerum scriptores nulla mentio est de S. Jacobi Nisibeni operibus, quippe quæ ab ipso non Syriaca, sed Armena lingua, qua utebatur S. Gregorius Illuminator, a quo rogatus ea composuit, scripta fuerunt. Itaque vel mendum irrepsit in textum Gennadii, et pro *Syro sermone* legendum est *Armeno*, vel potius, ut reor, et probabilius etiam videtur, memoria lapsus est Gennadius scribens Syriaca lingua, non autem Armena opera S. Jacobi scripta fuisse, aut conjecturam faciens ex patria Jacobi, quæ Syrorum urbs erat, qua lingua scripta fuissent opera, quorum, ut verisimile est, in Massiliensi monasterio vel solam versionem Latinam, vel aliqua excerpta, vel catalogum seu indiculum duntaxat habebat. Locus autem S. Jacobi Nisibeni, qui ad rem, quæ agitur, pertinet, in sermone secundo *De dilectione*, ubi verba facit de postrema Jerusalem eversione et captivitate, talis est : « Non videantur tibi difficilia, charissime, quæ scripsi, quod in dimidio diei suæ dimisit Deus Jerusalem, quia ita scribit David in psalmo octogesimo nono : *Mille anni ante oculos Domini tanquam dies hesterna, quæ præteriit*[18]; quam sententiam explicantes doctores nostri sapientes dicunt, quod in similitudine septem dierum positus est hic mundus a Deo, et in consummatione sex mille annorum solvetur mundus hic, et erit Sabbatum Dei in similitudinem dierum Sabbati, quod est post sex dies. » Imo vero hujusmodi persuasio de duratione mundi et Sabbatismo, laudatis supra a me Patribus antiquior est, eamque ex veteri Hebræorum traditione originem sumpsisse crediderim. Siquidem ex iis quæ cap. XXV Levitici præcipiuntur de sabbatizando Sabbato, colligunt veteres rabbini mundum duntaxat per sex millia annorum duraturum, et quod septimus millenarius futurus sit Sabbatum Domini. Mille autem annos numerant pro uno die, quia in psalmo dictum est : *Mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna, quæ præteriit.* Et quidem in Sanhedrin ita scriptum habetur : « Sex millibus annorum durabit mundus, et uno millenario desolatus erit. Duobus millibus durabit devastatio ejus (id est inculta hominum vita), et duobus millibus lex, atque duobus millibus dies Messiæ. » Unde duo inferuntur, ut id obiter moneam, contra ipsos Hebræos : nempe jam pridem Messiam venisse, et legem Mosaicam duraturam non fuisse, nisi usque ad adventum ipsius Messiæ. Sed relictis rabbinicis traditionibus reditum faciamus ad Athanasium.

XXXV. Præter hactenus a me allata, archiepiscopo Alexandrino *Expositionem Psalmorum*, quam nunc primum in publicum edimus, alia quoque non parvi momenti vindicant. Ac primum vetustatem scriptoris commentarii, ejusque natale solum, vel domicilium Alexandriæ fuisse, aut certe non procul ab ea urbe manifesto, ut mihi videtur, indicant, quæ in expositione ad psalmum CXXV leguntur : ibi enim loquitur de Rhinocurura, seu Rhinocolura (87) tanquam de urbe quæ propius aberat e loco unde ipse scribebat. Erat autem Rhinocolura urbs in finibus Ægypti posita, hoc nomine nuncupata, ut inquit Strabo : « ab iis qui nares truncati eo fuere translati : nam Æthiopum quidam Ægyptum invadens non nece, sed nasi mutila-

[18] Psal. LXXXIX, 4.

(86) Marcell. in *Chronico*

(87) Ῥινοκόλουρα, Rhinocolura dicitur a Strabone in *Geograph.* lib. XVI, et alibi, et a Plinio lib. V, c. 13, a Ptolomæo in *Geograph.* Ῥινοκόρουρα. Rhinocurura autem ab Eusebio et Hieronymo in lib. *De situ et nomine locorum Hebraic.*, et ab eodem Hieron. *in cap.* XX *Ezech.*, tum quoque a Sozomeno, lib. VI *Hist. eccl.* cap. 21, qui etiam refert plures ibi ascetas, seu monasticæ professionis viros floruisse et clerum Ecclesiæ Rhinocerurensis communem domum et mensam, et reliqua omnia communia habuisse. Torrenti autem, qui Rhinoculuram alluebat, nomen fuisse videtur *Torrens Besor* (*I Reg.* XXX, 10), sive *Torrens deserti.* (*Amos* VI, 14.)

Digitized by Google

tione maleficia coercens eos ibi collocavit, ut propter oris deformitatem redire domum non auderent. » Saracenos autem (quos Arabas scenitas fuisse, vel ex hoc commentarii loco probari potest) in tabernaculis seu tentoriis, vel sub pellibus adhuc habitantes, et nondum urbibus potitos, sed latronum instar in proxima Ægypti loca et urbes suetos excurrere, prædasque inde avertere, non dissimiles eorum de quibus poeta cecinit:

www.libtool.com.cn

. . . . . *semperque recentes*
Convectare juvat prædas et vivere rapto (88):

Tales eos nobis exhibet auctor commentarii, quales ætate sua fuisse repræsentat Ammianus Marcellinus (89), qui: « Saraceni tamen nec amici, ait, nobis unquam, nec hostes optandi, ultro citroque discursantes, quidquid invenire poterant, momento temporis parvi vastabant, milviorum rapacium similes, qui si prædam despexerint celsius, volatu rapiunt celeri, aut nisi impetraverint, non immorantur. » Quispiam autem Saracenorum nomen audiens, nolim eum in suspicionem adduci, ut existimet, commentarium scriptum fuisse posteriori tempore, quo Saracenorum nomen cum eorum imperio late propagatum est, quod utique, regnante Heraclio imperatore, et post ejus obitum volvente sæculo septimo contigit. Siquidem Saracenorum mentio occurrit et apud Ammianum Marcellinum, quem supra laudavi, et apud Ælium Spartianum in *Pescennio Nigro*, et apud Flavium Vopiscum in *Aureliano*, et apud Procopium *De bello Persico* (90): Saracenorum meminerunt etiam Julianus in epistola ad S. Basilium, S. Augustinus quæstione vicesima *in Numeros*, Socrates (91) et Sozomenus (92) in *Historia ecclesiastica*, aliique scriptores, adeo ut nulla inde oriri possit dubitatio.

XXXVI. His autem ad commentarium nostrum magno Athanasio asserendum addantur illa quæ scripta leguntur in expositione psalmi CXXXIII, ubi auctor notos suos ac populares alloquens: « Non ignoratis, inquit, dilecti, quod cum nox ad summum deficit, dies est quindecim horarum. » Nonne hæc quasi intento digito aperte demonstrant scriptorem expositionis esse vel civem vel incolam Alexandrinum? Nam Alexandriæ Ægypti latitudo est graduum 31, minutorum primorum 11 (93), secundorum 20; in ea autem latitudine dies longissimus, computatis horis a solis ortu ad ejusdem occasum, est horarum 14, minutorum 4, quibus si hora una addatur propter crepuscula, habebitur dies longissimus horarum 15, qualem nobis exprimit ac designat auctor expositionis.

XXXVII. Præterea multa alia occurrunt, quibus tanquam notis et vestigiis Athanasius operis auctor esse deprehenditur. Et quidem ubi occasio sese offert ut Christi divinitatem comprobet, ostendatque Verbum ab æterno fuisse, et Patri consubstantiale, astruere non prætermittit, et disertis verbis constanter asserere; unde haud obscure innuitur eo tempore hæc scripta fuisse, quo hujusmodi controversiæ agitabantur. Quin etiam assiduas auctori fuisse cum hæreticis pugnas, et quotidiana certamina, qualia cum Arianis habuit Athanasius, aperte nos docent quæ leguntur in expositione psalmi CXVIII, et alibi sæpius. Quid vero illa, quæ exstant in commentario psalmi XXI, ubi ad ea verba [19]: *Tu autem, Domine, ne elongaveris auxilium tuum a me: ad defensionem meam conspice*, alia explicatione eorumdem verborum primum proposita, deinde hæc insuper adjungitur: « Possunt etiam hæc dici ex persona ipsius Domini, qui exemplum nobis præbuit utendi his verbis tempore martyrii? » Quid vero illa alia, quæ ad versiculum psalmi sequentis [20]: *Nam, etsi ambulavero in medio umbræ mortis, nontimebo mala, quoniam tu mecum es*, subjiciuntur in hunc modum: « Cum ego tormenta pro te sustinuero, nullus me cruciatus terrebit, quoniam tu vires mihi præbes, ut illos perferam? Nonne manifesto indicant auctorem vel eodem tempore, quo tyrannorum persecutio adhuc in Christianos sæviebat, vel non longe ab eo fuisse?

XXXVIII. At enim agedum, quæ in nostro commentario scripta sunt cum iis quæ in aliis libris, quos nemo dubitat magni Athanasii esse, conferamus, ut ex hujusmodi comparatione, si utrobique Psalmorum verba eodem modo, et in eumdem sensum intellecta atque explicata comperiantur, certius ac dilucidius appareat, eumdem, non autem diversum et commentarii nostri, et aliorum operum, quæ S. Athanasio ab omnibus concordi suffragio ascribuntur, auctorem esse. Rem propositam brevius, quoad fieri potest, expediam.

[19] Vers. 20. [20] Vers. 4.

(88) Virgil. lib. IX *Æneid.*, vers 612 et 613.
(89) Lib. XIV, c. 5.
(90) Lib. I, c. 19.
(91) Lib. IV, c. 36.
(92) Lib. VI, c. 38.
(93) Ex libro, cui titulus: *Connaissance des temps publiée par l'ordre de l'Académie des sciences et calculée par M. Meraldi de la même Académie.*

Digitized by Google

Verba psalmi XXIII (vers. 20, juxta antiquam, quam secutus sum, divisionem): « Attollite portas, principes, vestras: » in libro *De Incarnatione Verbi Dei* (t. I, p. 55), S. Athanasius interpretatur dicta fuisse de reditu Christi in cœlum his verbis: « Quemadmodum pro omnibus corpus morti tradidit, sic etiam per idem illud iter in cœlum aperuit. » —In nostro autem commentario ad eumdem versiculum 20 et sequentes psal. XXIII hæc adnotantur: « De ipsius reditu (hoc est Christi) loquitur, quem fecit in cœlos. »

In eodem libro *De Incarnatione* (p. 26) verba psalmi CVI, vers. 39, « Misit Verbum suum, et sanavit eos, » et psal. CXVII, vers. 52, « Deus Dominus, et illuxit nobis, » explicat de adventu Verbi Dei in mundum in hunc modum: « Negligunt videre Dominum, quem Scripturæ prædixerunt orbi terrarum illuxisse, et corpore indutum apparuisse. » Ita etiam in *Oratione secunda contra Arianos*, pag. 395. — In nostro autem commentario ad versum eumdem 39 psal. CVI hæc leguntur: « Misit Deum Verbum Pater, et transfixo ejus latere nos omnes sanati sumus, » et ad vers. 52 psalmi CXVII, « Quandoquidem cum Deus esset Jesus Dominus apparuit in terra. »

Ad verba illa psalmi LXXI, vers. 1, « Deus, judicium tuum regi da: »—« Supplicant, ait, ut judicium mortis contra nos prolatum Filio detur. » In tract. in illud: « Omnia mihi tradita sunt, » p. 83. — In commentario ad verba ejusdem psalmi hæc subjiciuntur: « Filio tuo. »

In *Epistola de decretis Nicænæ synodi*, contra Arianos verba faciens: « Verum, inquit, falsa hæc sunt, quæ propugnatis: siquidem ipse fecit nos, et non ipsi nos. Ipse est, qui per suum Verbum omnia et parva, et magna fecit. » — In nostro commentario ad eadem verba psalmi XCIX hujusmodi apponitur adnotatio: « Ipse nos fecit, et non ex nobis sumus, ut aliqui dicunt. »

Verba psalmi II, vers. 15, « Ego hodie genui te, » et illa alia psalmi CIX, vers. 7, « Ex utero ante Luciferum genui te, » de æterna Verbi generatione contra Arianos explicat in *Ep. de decret. Nicænæ synodi*, pag. 172; item pag. 178, et in *Ep. de sententia Dionysii*, pag. 192, et in *Orat.* II *contra Arianos*, t. II, pag. 415, et in *Orat.* IV *contra Arian.*, pag. 504. — In commentario ad vers. 13 et 14 ejusdem psalmi II hæc habentur: « Et cœlis audire fecit vocem suam clamans ad me: « Tu es Filius « meus dilectus; » et ad sequentem vers. 15, hæc alia: « Qua die te manifestavi. Nam ante sæcula absconditus eras in me Patre tuo, quemadmodum de ipso scriptum est: Exsistens in sinu Patris. » Ad vers. vero 7 psal. CIX talia leguntur: « In me eras semper, ex quo cœpi crèare omnia per te, manifestavi te, quod habebam, et habeo Filium in me ipso. »

In eadem epistola, t. I, pag. 177, scribit nomen virtutis diversis rebus tribui, deinde addit: « Aliæ item sunt cœlestes virtutes. Nam inquit: Dominus virtutum nobiscum. » Psal. XLV, vers. 13.— In commentario ad eumdem psalmi versiculum: « Dominus, ait, omnis supercœlestis militiæ nobiscum est. »

In *Epistola de sententia Dionysii*, p. 197, scribit: « Nos enim quantum ad corpus ejusdem generis sumus ac Dominus, propterea ipse dixit: Narrabo nomen tuum fratribus meis. « Psalm. XXI, vers. 45. — In commentario eadem psalmi verba ita exponit: « Populo, inquit, narrabo nomen tuum: quemadmodum dixit in Evangelio: Manifestavi nomen tuum hominibus[21]. »

In *Oratione prima contra Arianos*, t. II, pag. 328, ad probandam æternitatem Filii cum Patre utitur verbis psalmi XXXV versiculi 20, « In lumine tuo videbimus lumen; » et psalmi LXXXIX versic. 17, « et sit splendor Domini super nos; » et psalmi CXLIV versiculi 20, « Regnum tuum regnum omnium sæculorum. » — In commentario ad eumdem versiculum psalmi XXXV subjicitur: « In ipso Filio tuo videbimus lucem: » ad v. 17 psal. LXXXIX, « Gratia ipsius; » ad v. 20 psal. CXLIV, « Regnum sempiternum, et dominatio tua super credentes verbo Evangelii, et super non credentes. »

In eadem oratione prima ad probandam immutabilitatem Verbi affert Athanasius quæ dicuntur a sancto Davide in psalmo CI, vers. 48, « Initio tu, Domine, » etc., et vers. 53, « Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient. » — In commentario ad verba illa vers. 53 hæc adnotantur: « Tu autem et factus homo idem es qualis eras, et sicut dierum principium non habes, ita neque vitæ finem. »

In eadem pariter oratione allatis verbis psalmi LXXXVIII, vers. 32, 33, « et in justitia tua exaltabuntur, quoniam gloria virtutis eorum tu es, » talia subjicit: « Si porro Filius justitia est, non ergo ille exaltatione opus habet; sed nos sumus, qui in justitia exaltamur, quæ nempe ipse est. » Pag. 352. — In commentario versiculus ille 32 ejusdem psalmi ita exponitur: « Et in Filio tuo glorificabuntur; » et subsequens versiculus 33, « Quoniam in te gloriantur et corroborantur. »

In eadem similiter *Oratione prima contra Arianos*, pag. 355: « Hæc, inquit, verba sacri cantoris · « Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi (versic. 15 « psal. XLIV). Virga directionis virga regni tui. Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem. Propterea « unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. » Deinde ita prosequitur: « Attendite, o Ariani, saltemque ex hoc loco agnoscite veritatem. Consortes Domini nos omnes Psalmista appellat. Quod si ex nihilo et una e rebus factis esset Filius, ipse quoque inter consortes numeraretur. Cum autem illum Deum æternum his verbis cecinerit: Regnum tuum Deus, » etc. — In commentario ejus-

[21] Joan. XVII, 6.

www.ibtool.com.cn

Digitized by Google

dem psalmi XLIV hujusmodi brevis expositio contra eorumdem Arianorum sententiam ascribitur: « Regnum tuum sempiternum (ad vers. 16). Potestas æterna regnum tuum (ad versic. 17). Dilexisti sanctos tuos, et odisti inventores iniquitatis, diabolum nempe et angelos ejus (ad vers. 18, 19). Propterea renuntiavit te Pater per Spiritum sanctum, regem jam exsistentem : quandoquidem semper exstitisti rex supra eos qui participes fuerunt gratiæ tuæ. »

In *Oratione quarta* Arianos temere asserentes in Veteri Testamento nullam Filii, sed solius Verbi fieri mentionem refellit his verbis: « Sed etiam revera in Veteri Testamento multa de Filio occurrunt, ut in psalmo secundo: »—« Filius meus es tu : ego hodie « genui te. » Et in nono inscripto : « In finem pro occultis Filii, Psalmus David. » Et in quadragesimo quarto: « In finem pro iis qui commutabantur, filiis « Core, ad intellectum, canticum pro dilecto, » etc... Quis autem dilectus est præter Filium Unigenitum, » etc. — In commentario, quæ habentur ad verba psal. II supra attuli. Psalmi autem noni inscriptio ita explicatur: « In novissimo die pro incomprehensibilibus mysteriis Filii Dei. » Interpretatio tituli psalmi XLIV deest in codice, sed eam consentaneam A fuisse iis quæ in *Orat.* IV *contra Arianos* dicuntur, nempe inscriptionem ibi quoque de Verbo Dei Filio expositam fuisse, aperte indicat explicatio totius psalmi, cujus prima verba sunt: « Pater dicit manifestasse Filium suum Deum Verbum. »

In *Epistola prima ad Serapionem*, t. II, pag. 539, « Spiritus Domini universum orbem replevit. Ita enim David cecinit: « Quo ibo a Spiritu tuo? » (Psalmo CXXXVIII, vers. 11.)— In commentario ad eumdem versiculum psalmi CXXXVIII, « Ubi enim abscondere me possum a sancto tuo Spiritu, qui noscit omnia? »

In *Epistola de synodis*, pag. 609, « Et de Patre B quidem scriptum est: « Dominus Deus tuus unus « Dominus est. » (*Deut.* VI, 4.) « De Filio autem : « Deus « Dominus et illuxit nobis (*Psal.* CXVII, vers. 52), et « videbitur Deus deorum in Sion (*Psal.* LXXXIII, vers. 14). » — In commentario similiter utriusque psalmi verba de Filio ita exponuntur (*Psal.* CXVII) : « Quandoquidem cum Deus esset Jesus Dominus apparuit in terra. » Et psalm. LXXXIII : « Videbitur Dei Filius Deus deorum, qui tales gratia sunt, in adventu suo. »

Restaret modo, ut commentarium, seu metaphrasim nostram cum *Epistola ad Marcellinum* comparārem. Quæ enim in ea beatus Athanasius affirmat a sancto Propheta dicta fuisse in Psalmis de Salvatoris adventu, et de ejus æterna generatione a Patre, eumque Patris Verbum esse, et Sapientiam (§ 5); quæ de Messia ejusque æterno regno (§ 6), de Judæorum insidiis, pravisque consiliis adversus eumdem Christum Dominum, deque ejus acerbissima passione (§ 7) : item de gloriosa ejusdem in cœlum ascensione, tum etiam sessione ad dexteram Patris, de pœnis ac punitione diaboli (§ 8): demum de futuro judicio, de vocatione omnium gentium, et in fine etiam ipsorum Judæorum: hæc quoque in nostro commentario cum in eumdem sensum exposita legantur, inde magis magisque comprobatur, eumdem Athanasium commentarii nostri, seu metaphrasis auctorem fuisse, æque ac *Epistolæ ad Marcellinum*, quam S. Athanasii esse nemo dubitat, eamque sanctum Doctorem operi suo *De titulis Psalmorum* præponi voluisse, posteritatis memoriæ traditum est. Sed, quoniam res longius procederet quam oportet, et epistolam sanctissimi archiepiscopi integram exhibui, id studioso lectori faciendum relinquo.

XXXIX. Etenim, ne majori tædio legentem afficiam, ad finem dicendi propero; sed priusquam id faciam, et institutum sermonem absolvam, illud a me omittendum non est, cum Latinam hujus metaphrasis seu commentarii versionem quatuor aut quinque ab hinc annis cum eruditissimo P. Blanchino congregationis Oratorii presbytero, qui alia etiam sanctorum Patrum opuscula in lucem edere parabat, communicassem, ipse in publicum emittendi curam in se suscepit, promisitque in opere, cui titulus : *Vindiciæ canonicarum Scripturarum*. Postea autem cum ei scribendæ ecclesiasticæ historiæ munus a suæ congregationis sodalibus delatum fuisset, clarissimus vir (quem ego pluribus hoc loco jure merito laudarem, easque referrem laudes, quas immerito in me contulit, ni vererer ejus modestiam offendere, et merito censeri, alios importune laudando indebitas mihi laudes velle aucupari) fidem publico datam exsolvere nequivit. Itaque ne exspectatione sua fraudarentur rerum ecclesiasticarum amatores, et diutius desiderarent præclarum opus sanctissimi Patris, de cujus operibus recte aiebat abbas ille Cosmas (93*), et sanctitate morum et monastica professione illustris : « Si inveneris aliquid ex opusculis S. Athanasii, nec habueris chartam ad scribendum, in vestimentis tuis scribe illud; » quod ille promiserat, id ego præstare, quoad per occupationes libebat, constitui. Cunctanti autem stimulos addidit singularis benignitas excellentissimi Prænestis principis Julii Cæsaris, qui ex nobilissima Columnensi domo in Barberinam familiam ascitus spectatissimam feminam principem Corneliam Barberinæ stirpis unicum superstes germen in matrimonium duxit, et universas Barberinorum opes ac facultates possidendas custodiendasque accepit. Ipse enim, qui vetustissimi generis nobilitatem virtutum præstantia æmulatur, vereque germanus frater est non solum natalibus, sed etiam moribus eminentissimi cardinalis Prosperi, cujus magnanimitas, huma-

(93*) Ap. Joan. Moschum, lib. x, cap. 40.

Digitized by Google

nitas, probitas et præclara ingenii indoles ad dignitatem et virtutem nata, haud satis laudari pro meritis potest; ipse, inquam, præstantissimo fratri haud dissimilis codicem Græcum, quo commodius in lucem edere possem, domum deferendum tradidit. Utinam vel codex doctiorem me interpretem nactus esset, vel ego codicem correctiorem! Erat enim, ut superius dixi, mendosus, mancus, oscitanter scriptus, permistis sæpe psalmorum et interpretationis verbis, minimeque interpretatio, ut a me factum est, in versiculos juxta veterem Psalmorum divisionem distincta. Quare si quæ lectori occurrant quæ forte obscura, inepta, aliena, et minime inter se consentanea videantur, id vel codicis vitiositati vel typographi incuriæ, vel potius insciliæ meæ in Græcis vertendis, supplendis corrigendisque, ut tribuat, velim.

—

Monitum ad Lectorem excerptum ex Antonelli præfatione Appendici præfixa.

Posteaquam Commentarius, seu Interpretatio Psalmorum magni Athanasii nomine insignita in publicum prodierat, forte fortuna contigit, ut scriptores Bibliothecæ Vaticanæ, cum codices in quibus psalterium aliique Veteris Novique Testamenti libri continentur, evolverent, in eum incidérent quo et Psalmi et Commentarius noster inerat. Qua de re statim admonitus ad Vaticanam bibliothecam me contuli, et potestate mihi a summo pontifice Benedicto XIV benigne facta, codicem mecum domum retuli, eoque cum Commentario a me in lucem edito, quo citius per occupationes licuit, collato, varias lectiones ea majori diligentia, qua potui, exscripsi, easque, ratus sum me rem gratam lectori facturum, si ad calcem Commentarii seu Interpretationis jam typis impressæ adjungerem (94). Siquidem plura quæ in nostro codice deerant, supplentur: multa ex conjectura a me emendata confirmantur: plurima prave, mendose, ac præpostero ordine scripta corriguntur. Demum divisionem Psalmorum in minores versiculos per cola et commata, ut veteres vocant, quam servatam fuisse a nostro Psalterii interprete, ex antiquo more ac consuetudine verosimiliter conjeceram, veram esse et minime commentitiam manifesto ostenditur, et multa ita se habere, ut per conjecturam fuerant a me emendata, probantur.

Codex autem exstat in Bibliotheca Vaticana inter codices Palatinos numero 44, ea forma quam vulgo in quarto vocant. Est quidem membraneus, non autem chartaceus, ut ille quo in mea editione adornanda usus sum. Scriptus est sæculo nono exeunte, ut ex charactere, tum certius ex verbis constat, quæ in adnotatione ad calcem codicis ascripta leguntur: hæc autem in Latinum versa talia sunt:

Ut dulcis navigantibus tranquillus portus
Ita et scribentibus ultimus versus.

Scriptus est liber iste interpretis Psalterii
manu Leonis Tabularii Monobasiæ
Mense Augusto 28, die 2, Ind. . . . .
anno 6045 (94).*
Lector deprecare mihi, ut per Christum
liberer ab igne gehennæ.

Codicis inscriptio, ex qua nomen auctoris Interpretationis Psalmorum certius nobis compertum fieret, majori ex parte deleta est. Litteras vero, quæ adhuc supersunt, et quæ, præ vetustate quidem jam fugientes, aliqua tamen diligentia, et cura adhibita, legi poterant, cæteris omnino deletis, hoc loco ascribam ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΨΑΛΜΩΝ . . . . . ΟΥ ΤΟΥ . . . . . eas autem sic legerem:

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΨΑΛΜΩΝ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ

INTERPRETATIO PSALMORUM MAGNI ATHANASII

Post inscriptionem sequitur primus psalmus cum interpretatione, quæ deerat in nostro codice. Sed verba psalmi et interpretationis vel vetustate, vel humiditate, vel alio casu non minima ex parte obliterata et corrupta non absque maxima difficultate legi potuerunt; ea autem quacunque potui diligentia a me descripta lector reperiet.

(94) Quæ vero Antonellus ad calcem Commentarii adjunxit, nos suis locis inseruimus

(94*) An. 6405 a creatione mundi apud Græcos, est a nativitate Christi 897.

—

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

SANCTI PATRIS NOSTRI

ATHANASII

DE TITULIS PSALMORUM

ΒΙΒΛΟΣ ΨΑΛΜΩΝ.

Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις.

ΨΑΛΜΟΣ Α'.

1. Μακάριος ἀνὴρ, ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν,
2. Καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη,
3. Καὶ ἐπὶ καθέδρᾳ λοιμῶν οὐκ ἐκάθισεν·
4. Ἀλλ' ἢ ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ,
5. Καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός.
6. Καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον, τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων·
7. Ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ,
8. Καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀπορρυήσεται·
9. Καὶ πάντα ὅσα ἂν ποιῇ, κατευοδωθήσεται.
10. Οὐχ οὕτως οἱ ἀσεβεῖς, οὐχ οὕτως·
11. Ἀλλ' ἢ ὡσεὶ χνοῦς, ὃν ἐκρίπτει ὁ ἄνεμος ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς.
12. Διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς ἐν κρίσει,
13. Οὐδὲ ἁμαρτωλοὶ ἐν βουλῇ δικαίων.
14. Ὅτι γινώσκει Κύριος ὁδὸν δικαίων,
15. Καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται.

A

LIBER PSALMORUM.

Psalmus David sine titulo apud Hebræos.

PSALMUS I.

1. Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum,
2. Et in via peccatorum non stetit
3. Et in cathedra pestilentiæ non sedit;
4. Sed in lege Domini voluntas ejus,
5. Et in lege ejus meditabitur die ac nocte.
6. Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum,
7. Quod fructum suum dabit in tempore suo,
8. Et folium ejus non defluet;
9. Et omnia quæcunque faciet, prosperabuntur
10. Non sic impii, non sic;
11. Sed tanquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ.
12. Ideo non resurgent impii in judicio,
13. Neque peccatores in consilio justorum.
14. Quoniam novit Dominus viam justorum,
15. Et iter impiorum peribit.

B

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ
ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ
Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας
ΕΡΜΗΝΕΙΑ.

SANCTI PATRIS NOSTRI
ATHANASII
Archiepiscopi Alexandrini
INTERPRETATIO.

Psalmus primus deest: ita scriptum legitur rubris litteris in margine paginæ Psalterii Græci et Latini typis impressi, et paginis nostri codicis insertæ; in inferiori autem margine ad verba illa, καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται, *iter impiorum peribit*, hæc adnotata sunt: Τὰ ἐπιτηδεύματα τοῦ διαβόλου μετὰ τὴν ἀνάστασιν οὐκ ἔτι ἔσονται. *Diabolica studia, et adinventiones non amplius erunt post resurrectionem.*

Habes in sequenti pagina iterum psalmum primum cum interpretatione, prout exstat in codice Vaticano. Vide Monitum supra.

Digitized by Google

INTERPRETATIO PSALMORUM MAGNI ATHANASII.

PSAL. I.

1. Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum,

www.libtool.com.cn

2. Et in via peccatorum non stetit.
Quam beati sunt, qui talia et ita faciunt!
3. Et in cathedra pestilentiæ non sedit.
Joseph etiam ab Arimathæa non consedit cum Judæis.
4. Sed in lege Domini voluntas ejus,
Explorans quod Deo placitum est, et illud (*a*). .
5. Et in lege ejus meditabitur die ac nocte.

6. Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum.
Die ac nocte meditans in lege, est veluti arbor (*b*) . . . . . irrigata a (*c*) . . . . (*d*) . . . . . in paradiso (*e*) . . . . ita et (*f*) . . (*g*) . . .

7. Quod fructum suum dabit in tempore suo.
Cum (*h*) . . . tempestivum fructum præbebit.

8. Et folia ejus non defluent,
Et decor animæ non excidet.
9. Et omnia quæcunque faciet prosperabuntur.
Diligentibus autem *Deum omnia* (i) [1]. . .
10. Non sic impii, non sic, sed tanquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ.
(*k*) . . . . . *maledicti* (*l*) . . . . . *æternum paratum* (*m*) [2]. . . .

11. Ideo non resurgent impii in judicio,
Ad Dei interrogationem.
12. Neque peccatores in consilio justorum.
In congregatione justorum, inquit; separabit enim justos a peccatoribus.
13. Quoniam noscit Dominus viam justorum,
Quia rectæ sunt actiones, in quibus ambulant.

14. Et via impiorum peribit.
Adinventiones diaboli post resurrectionem non amplius erunt.

[1] Rom. VIII, 28. [2] Matth. XXV, 41.

(*a*) Faciens.
(*b*) Semper bene virens, et.
(*c*) Dulci.
(*d*) Fonte.
(*e*) Indesinenter.
(*f*) Hi.
(*g*) A Domino.
(*h*) Advenerit Jesus.
(*i*) *Cooperantur in bonum.*
(*k*) Cum dicet ipsis : *Abite.*
(*l*) *In ignem.*
(*m*) *Diabolo et angelis ejus.*

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΨΑΛΜΩΝ. . . . . ΣΙΟΥ ΤΟΥ. . . . . .

ΨΑΛ. Α'.

1. Μακάριος ἀνὴρ, ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν,
2. Καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη.
Ὡς μακάριοι πάντες οἱ ποιοῦντες οὕτως ὡσαύτως!
3. Καὶ ἐπὶ καθέδρᾳ λοιμῶν οὐκ ἐκάθισεν.
Ὁ καὶ Ἰωσὴφ ἀπὸ Ἀριμαθαίας οὐ συγκαθέζετο τοῖς Ἰουδαίοις..
4. Ἀλλ' ἢ ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ· Δοκιμάζον τὸ εὐάρεστον τῷ Θεῷ, καὶ τοῦτο (a)....
5. Καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός.
6. Καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον, τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων.
Ἡμέρας καὶ νυκτὸς μελετῶν ἐν τῷ νόμῳ, ὡς δένδρον ἐστὶν (b). . . . . ποτιζόμενον ὑπὸ τῆς γλ (c). . . . . (d). . . ἐν τῷ παραδείσῳ. . . . στως (e), οὕτως καὶ. . . (f) τοι ὑπὸ. . . (g) υ.
7. Ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ
Ἡνίκα παρα (h). . . . . ῦς, παραδώσει ὥριμον τὸν καρπόν.
8. Καὶ τὰ φύλλα αὐτοῦ οὐκ ἀπορρύήσεται.
Καὶ ἡ εὐπρέπεια τῆς ψυχῆς οὐκ ἐκπεσεῖται.
9. Καὶ πάντα ὅσα ἂν ποιῇ κατευοδωθήσεται.
Τοῖς μὲν *ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν πάντα συνε* (i). . .
10. Οὐχ οὕτως οἱ ἀσεβεῖς, οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἢ ὡσεὶ χνοῦς, ὃν ἐκρίπτει ὁ ἄνεμος ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς.
(k). . . . . Ὑπάγετε, *οἱ κατηραμένοι* (l). . . . . *αἰώνιον τὸ ἡτοιμασμένον* (m). . . . . .
11. Διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς ἐν κρίσει, Εἰς ἐπερώτησιν τοῦ Θεοῦ
12. Οὐδὲ ἁμαρτωλοὶ ἐν βουλῇ δικαίων.
Ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν δικαίων λέγει· ἀφορίζει γὰρ αὐτοὺς δικαίους ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν.
13. Ὅτι γινώσκει Κύριος ὁδὸν δικαίων.
Ἐπειδὴ αἱ πράξεις αὐτῶν, ἐν αἷς περιεπάτουν, ὀρθαί εἰσι.
14. Καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται.
Τὰ ἐπιτηδεύματα τοῦ διαβόλου μετὰ τὴν ἀνάστασιν οὐκ ἔτι ἔσονται.

(a) Ποιῶν suppl.
(b) Ἀεὶ εὐθάλλον, καὶ suppl.
(c) Γλυκείας suppl.
(d) Πηγῆς suppl.
(e) Ἀπαύστως suppl.
(f) Οὗτοι suppl.
(g) Κυρίου suppl.
(h) Παραγίνεται Ἰησοῦς suppl.
(i) *Συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν* suppl.
(k) Ὅτι ἐρεῖ αὐτοῖς suppl.
(l) *Εἰς πῦρ* suppl.
(m) *Τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ* supp.

Digitized by Google

Ἀνεπίγραφος. ΨΑΛ. Β'.	A	*Sine titulo. PSAL. II.*
1. Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη,		1. Quare fremuerunt gentes,
2. Καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά;		2. Et populi meditati sunt inania?
3. Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς,		3. Astiterunt reges terræ,
4. Καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ.		4. Et principes convenerunt in unum, adversus Dominum, et adversus Christum ejus.
5. Διαῤῥήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν,		5. Dirumpamus vincula eorum,
6. Καὶ ἀποῤῥίψωμεν ἀφ' ἡμῶν τὸν ζυγὸν αὐτῶν.		6. Et projiciamus a nobis jugum ipsorum.
7. Ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς ἐκγελάσεται αὐτούς,		7. Qui habitat in cœlis irrîdebit eos,
8. Καὶ ὁ Κύριος ἐκμυκτηριεῖ αὐτούς.		8. Et Dominus subsannabit eos.
9. Τότε λαλήσει πρὸς αὐτοὺς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ,		9. Tunc loquetur ad eos in ira sua
10. Καὶ ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ ταράξει αὐτούς.		10. Et in furore suo conturbabit eos.
11. Ἐνὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ.	B	11. Ego autem constitutus sum rex ab eo.

ATHANASII INTERPRETATIO.

Ἡ τοῦ ψαλμοῦ προκειμένη ἐπιγραφὴ ἡ διὰ τῆς κινναβάρεως περιέχει· *Ἀνεπίγραφος*, ὅπερ δηλοῖ· ἀγνωσίαν ἐθνῶν τε καὶ Ἰουδαίων ὑπεμφαίνειν τὸν ὑποτεταγμένον ψαλμόν. Πᾶν γὰρ τὸ ἀνεπίγραφον ἄδηλον ὑπάρχει τοῖς πολλοῖς. Ἀγνωσίαν οὖν ἐθνῶν Ἰουδαίων (1) κατηγορεῖ ὁ ὑποτεταγμένος ψαλμός· ἀγνωσίαν δὲ, ἣν ἐσχηκότες δείκνυνται περὶ τὸν ἑαυτῶν Δεσπότην, καθὼς (2) γέγραπται· *Ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω*· εἰ γὰρ ἔγνωσαν αὐτὸν, οὐκ ἂν αὐτὸν σταυρῷ προσέπηξαν. Τὴν οὖν ἀγνωσίαν (3) αὐτῶν ἐπειδὴ ὁ ψαλμὸς δημηγορεῖ, διὰ τοῦτο τὸ ἀνεπίγραφον (4) ἐπίκειται αὐτῷ. Ὡς πλέον πλησθήσει [πληχθῇ] ἐπιστήσας (5) ἑαυτὸν τῷ ψαλμῷ, *Τί γὰρ*, ἤρξατο λέγειν.

Titulus sive inscriptio, quæ huic psalmo præmittitur, cinnabari confecta, continet: psalmum esse *sine titulo*, quod significat: psalmum, qui subjicitur, manifestare gentium et Judæorum ignorantiam. Omne enim, quod titulum sive inscriptionem non habet, multis ignotum est. Subjectus igitur psalmus gentium et Judæorum ignorantiam accusat: ignorantiam quidem, quam de Domino suo habuisse ostenderunt, quemadmodum scriptum est: *In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit* [a]; si enim eum cognovissent, eum non crucifixissent [b]. Quoniam igitur psalmus illorum increpat ignorantiam, ideo nullus in eo inscribitur titulus. Ut magis feriat, seipsum psalmo intendens, *Quare*, cœpit dicere.

1. Ἵνα τί κατεπήρθησαν τοῦ Θεοῦ,	C	1. Quid enim insurrexerunt contra Deum,
2. Καὶ ἐβουλεύσαντο ἅπερ οὐκ ἠδύναντο ἐκτελέσαι κατ' αὐτοῦ;		2. Et adversus eum deliberaverunt, quæ non potuerunt perficere?
3. Ἡρώδης ὁ βασιλεύς.		3. Herodes rex.
4. Πόντιον Πιλᾶτον λέγει, καὶ Ἅνναν, καὶ Καϊάφαν.		4. Pontius Pilatus, Annas et Caiphas.
5. Τὸν σύνδεσμον τῆς ἀγάπης, ἧς εἶχον οἱ ἄγγελοι πρὸς αὐτούς.		5. Vinculum dilectionis, quo angeli cum eis conjungebantur.
6. Λαβόντες γὰρ τὸν νόμον εἰς διαταγὰς ἀγγέλων οὐκ ἐφύλαξαν, ἀλλ' ἐδουλώθησαν τῇ ἁμαρτίᾳ.		6. Accipientes enim legem in dispositione angelorum, non custodiverunt eam [c], sed servi facti sunt peccato.
7, 8. Ἐξουδενώσει γὰρ αὐτοὺς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως,		7, 8. Nam in die judicii contemnet eos,
9. Ἐν τῇ κρίσει λαλήσει πρὸς αὐτοὺς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ,		9. In judicio loquetur ad eos in ira sua,
10. Καὶ ἀποῤῥίψει αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ προσώπου αὐτοῦ.	D	10. Et projiciet eos a facie sua.
11. Ἐγὼ δὲ ἀνεδείχθην βασιλεὺς ὑπὸ τοῦ Πατρὸς ἐν τῷ λέγειν αὐτὸν, καθὼς ὑποτέτακται ἐνταῦθα (6)· *Σὺ εἶ ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός.*		11. Ego enim declaratus sum rex a Patre cum ea, quæ hic subjiciuntur, dixit: *Tu es Filius meus dilectus* [d].

[a] Joan. I, 10. [b] I Cor. II, 8. [c] Act. VII, 53. [d] Matth. III, 17; XVII, 5; II Petr. I, 17.

Addenda et corrigenda ex cod. Vatic.

(1) Ἀγνωσίας οὖν τῶν ἐθνῶν τῶν Ἰουδαίων.
(2) Καθ' ἃ.
(3) Ἄγνοιαν.
(4) Τὸ ἀνεπίγραφος.
(5) Πεισθεὶς θήσει ἐπιστήσας.
(6) Οἵ ποτε τὰ ἐνταῦθα.

Digitized by Google

12. Super Sion montem sanctum eius,
13. Prædicans præceptum ejus
14. Dominus dixit ad me : Filius meus es tu,
15. Ego hodie genui te.
16. Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam,
17. Et possessionem tuam terminos terræ.
18. Reges eos in virga ferrea,
19. Et tanquam vas figuli confringes eos.
20. Et nunc, reges, intelligite,
21. Erudimini, qui judicatis terram.
22. Servite Domino in timore :
23. Et exsultate ei cum tremore.
24. Apprehendite disciplinam,
25. Ne quando irascatur Dominus,
26. Et pereatis de via justa.
27. Cum exarserit in brevi ira ejus,
28. Beati omnes qui confidunt in eo.

A 12. Ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ,
13. Διαγγέλλων τὸ πρόσταγμα Κυρίου.
14. Κύριος εἶπε πρός με· Υἱός μου εἶ σύ·
15. Ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε.
16. Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου,
17. Καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς.
18. Ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ,
19. Ὡς σκεύη κεραμέως συντρίψεις αὐτούς.
20. Καὶ νῦν, βασιλεῖς, σύνετε,
21. Παιδεύθητε, πάντες οἱ κρίνοντες τὴν γῆν.
22. Δουλεύσατε τῷ Κυρίῳ ἐν φόβῳ·
23. Καὶ ἀγαλλιᾶσθε αὐτῷ ἐν τρόμῳ.
24. Δράξασθε παιδείας,
25. Μήποτε ὀργισθῇ Κύριος,
B 26. Καὶ ἀπολεῖσθε ἐξ ὁδοῦ δικαίας.
27. Ὅταν ἐκκαυθῇ ἐν τάχει ὁ θυμὸς αὐτοῦ,
28. Μακάριοι πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτῷ.

ATHANASII INTERPRETATIO.

12. *Sion* interpretatur *locus*, ubi tabernaculum. Rex igitur declaratus est a Patre in Sion, hoc est in cœlis, ubi verum tabernaculum, *quod ædificavit Dominus, non autem homo* [7].

13, 14. E cœlis audire fecit vocem suam, clamans ad me : *Tu es Filius meus dilectus.*

15. Qua die te manifestavi [8]. Nam ante sæcula absconditus eras in me Patre tuo, quemadmodum de illo scriptum est : *Existens in sinu Patris* [9].

16, 17. Ideo dixit in Evangelio : *Pater, quos aedisti mihi volo, ut ubi sum ego, et illi sint* [10].

18, 19. In potestate valida omnes, qui tibi non obediunt, comminues et domabis.

20. Cognoscite hunc esse Deum.

21. Si cognoscere non potestis, erudimini e divinis Scripturis, quod ipse est Deus noster.

22. Servite, inquit, ei in timore, et tremore,

23. Et in regno ejus exsultate.

24. Confirmamini in doctrina Domini,

25. Nequando vobis eam negligentibus ac despicientibus, irascatur,

26. Et vos statione sanctorum, quæ a dextris est, indignos existimet.

27. Cum ignis ultionis ante eum præcedet,

28. Beati omnes, qui in eo spem habent.

12. Τὸ *Σιὼν* ἑρμηνεύεται *τόπος*, ὅπου ἡ σκηνή. Βασιλεὺς οὖν ἀνεδείχθη ὑπὸ τοῦ Πατρὸς ἐπὶ Σιών, τουτέστιν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἔνθα ἀληθινὴ σκηνή, *ἣν ἔπηξεν ὁ Κύριος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος.*

13, 14. Ἐκ τῶν οὐρανῶν ἀκουστὴν ἐποίησε τὴν φωνὴν αὐτοῦ (1) βοῶν πρός με· *Σὺ εἶ ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός.*

15. Ἣν (2) ἐφανέρωσά σε. Πρὸ γὰρ τῶν αἰώνων ἀποκεκρυμμένος ἦς ἐν ἐμοὶ τῷ Πατρί σου, καθὼς γέγραπται περὶ αὐτοῦ· *Ὁ ὢν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρός.*

16, 17. Διὰ τοῦτο ἔλεγεν ἐν Εὐαγγελίῳ· *Πάτερ, οὓς δέδωκάς μοι, θέλω ὅπου* (3) *εἰμὶ ἐγὼ, κἀκεῖνοι ὦσιν.*

C 18, 19. Ἐν ἐξουσίᾳ ἰσχυρᾷ πάντας τοὺς μὴ πειθομένους σοι λεπτυνεῖς καὶ δαμάσεις.

20. Ἐπίγνωτε, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Θεός.

21. Ἐὰν μὴ δύνασθε ἐπιγνῶναι, παιδεύθητε ἐκ τῶν θείων Γραφῶν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Θεὸς ἡμῶν.

22. Δουλεύσατε, λέγει, αὐτῷ ἐν φόβῳ καὶ ἐν ῥόμῳ,

23. Καὶ ἀγαλλιᾶσθε ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ.

24. Ῥιζώσατε ἐν τῇ τοῦ Κυρίου διδασκαλίᾳ,

25. Μήποτε, ὡς ἀμελούντων ὑμῶν καὶ καταφρονούντων, ὀργισθῇ,

26. Καὶ ἀναξίους ὑμᾶς ἡγήσεται τῆς ἐκ δεξιῶν στάσεως τῶν ἁγίων.

27. Ὅταν τὸ πῦρ τῆς ἐκδικήσεως προπορεύσεται

D ἔμπροσθεν αὐτοῦ,

28. Μακάριοι πάντες οἱ τὴν ἐλπίδα ἔχοντες εἰς αὐτόν.

[7] Hebr. VIII, 2. [8] Joan. XVII, 6. [9] Joan. I, 18. [10] Joan. XVII, 24.

Addenda et corrigenda ex cod. Vatic.

(1) Αὐτοῦ, deest in Cod.
(2) Νῦν.
(3) Θέλω, ἵνα ὅπου.

Digitized by Google

Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, ὁπότε ἀπεδίδρασκεν ἀπὸ προσώπου Ἀβεσσαλὼμ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. ΨΑΛ. Γ'.

1. Κύριε, τί ἐπληθύνθησαν οἱ θλίβοντές με;
2. Πολλοὶ ἐπανέστησαν [ἐπανίστανται] ἐπ' ἐμέ.
3. Πολλοὶ λέγουσι τῇ ψυχῇ μου
4. Οὐκ ἔστι σωτηρία αὐτῷ ἐν τῷ Θεῷ αὐτοῦ.

Διάψαλμα.

5. Σὺ δὲ, Κύριε, ἀντιλήπτωρ μου εἶ,
6. Δόξα μου, καὶ ὑψῶν τὴν κεφαλήν μου.
7. Φωνῇ μου πρὸς Κύριον ἐκέκραξα·
8. Καὶ ἐπήκουσέ μου ἐξ ὄρους ἁγίου αὐτοῦ.

A *Psalmus David, cum fugeret a facie Absalon filii sui.*

PSAL. III.

1. Domine, quid multiplicati sunt, qui tribulant me?
2. Multi insurgunt adversum me.
3. Multi dicunt animæ meæ :
4. Non est salus ipsi in Deo ejus.

Diapsalma (*a*).

5. Tu autem, Domine, susceptor meus es,
6. Gloria mea, et exaltans caput meum.
7. Voce mea ad Dominum clamavi ;
B 8. Et exaudivit me de monte sancto suo.

www.libtool.com.cn

ATHANASII INTERPRETATIO.

Ἡ τοῦ ψαλμοῦ προκειμένη ἐπιγραφὴ διὰ τῆς κινναβάρεως περιέχει· *Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ, ὁπότε ἀπεδίδρασκεν ἀπὸ προσώπου Ἀβεσσαλὼμ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ.* Τοῦτο οὖν ἐστιν ὃ λέγει ὁ ψαλμὸς, ὅτιπερ ὁ χορὸς τῶν προφητῶν διώκεται ὑπὸ τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων. Δαυὶδ γὰρ ἑρμηνεύεται *πεποθημένος*, ὅπερ (1) ἑρμηνεύεται ὁ χορὸς τῶν προφητῶν. Ὥσπερ οὖν ὁ Ἀβεσσαλὼμ ἀντᾶραι ἐζήτει κατὰ τοῦ ἰδίου πατρὸς, τουτέστι τοῦ Δαυὶδ, οὕτως καὶ Ἰουδαῖοι ἐπανέστησαν κατὰ τῶν πατέρων αὐτῶν τῶν προφητῶν, μὴ δεχόμενοι τὰ προστάγματα τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἀνθιστάμενοι αὐτοῖς.

Titulus, qui psalmo præmittitur, cinnabari scriptus, continet : *Psalmus David, cum fugeret a facie Absalomi filii sui.* Hoc autem est, quod psalmus significat : Cum chorus prophetarum persecutionem pateretur a populo Judaico. David enim interpretatur *desideratus*, quo nomine prophetarum chorus designatur. Quemadmodum igitur Absalon se erigere tentabat contra patrem suum, nempe Davidem, ita etiam Judæi insurrexerunt contra patres suos prophetas, non admittentes Dei præcepta, sed illis resistentes.

1. Λογισμοὶ ἐχθροὶ τοῦ Θεοῦ.
2. Περὶ δαιμόνων λέγει.
3. Οἱ δαίμονες λέγουσι τῇ ψυχῇ μου (2)·
4. Οὐ δύναταί σε ῥύσασθαι ὁ Θεὸς ἐκ τῶν ἐπιθυμιῶν ἡμῶν·

Τὸ διάψαλμα ἑρμηνεύεται *ἀεί*. Εἰς ὃν οὖν στίχον κεῖται, σημαίνει τὸ λεγόμενον ῥητὸν ὑπὸ τοῦ στίχου, ὅτι τοῦτο λεγόμενον ἐν τῷ στίχῳ ἐστὶν ἀεὶ, εἴτε ἀγαθόν ἐστιν ὃ λέγει ὁ στίχος, εἴτε φαῦλον· οὐ μόνον δὲ τοῦτο· ἀλλ' εἰς ὃν κεῖται τὸ διάψαλμα, σημαίνει, ὅτι περὶ τοῦ ἄλλου μέλλει λέγειν ὁ ψαλμὸς προσώπου, καὶ οὐχὶ περὶ οὗ ἔλεγεν ἕως τοῦ διαψάλματος. Αὕτη οὖν ἡ διήγησις περὶ τοῦ διαψάλματος.

5. Τοῖς γὰρ ἐπερχομένοις τῇ ψυχῇ μου δαίμοσι πολεμοῖς,
6. Τουτέστι, τὴν ἐξουσίαν δέδωκάς μοι, ἣν εσχον (3) πρὸ τούτου.
7. Ἀνεβόησα πρὸς αὐτόν· Κύριε, σῶσόν με,
8. Καὶ ἐπήκουσέ μου ἐξ ὄρους (4) ἁγίου αὐτοῦ, ἤγουν τοῦ οὐρανοῦ.

C 1. Cogitationes Deo inimicæ.
2. De dæmonibus loquitur.
3. Dæmones dicunt animæ meæ :
4. Non potest Deus te liberare e nostris cupiditatibus

Diapsalma interpretatur *semper*. In eo igitur versu, in quo appositum est, notat dictum, quod eo versu continetur, semper esse, sive bonum, sive malum sit, quod versus dicit. Non id solum autem; sed etiam significat in eo versu, in quo reperitur diapsalma, quod psalmus locuturus est de alia persona, et non de illa, de qua locutus est usque ad diapsalma. Hæc autem est explicatio diapsalmatis.

5. Dæmones enim in animam meam irruentes, impugnas,
D 6. Hoc est, potestatem, quam prius habebam, dedisti mihi.
7. Clamavi ad eum : Domine, salva me,
8. Et exaudivit me de monte sancto suo, scilicet e cœlo.

Addenda et corrigenda ex cod. Vatic.

(1) Ὅπερ ἐστὶν ὁ χορὸς τῶν προφητῶν, μὴ δεχόμενοι.
(2) Πρὸς τὴν ψυχήν μου λέγουσιν.
(3) Εἶχον.
(4) Ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἤγουν. Rel. desunt.

(*a*) Ita. cod. Vat. — De diapsalmate, quod apud Hebræos dicitur *sela* סלה, hæc S. Hieronymus in epistola ad Marcellam : *Quidam diapsalma*, inquit, *commutationem metri dixerunt esse; alii pausationem spiritus; nonnulli, alterius sensus exordium; sunt qui rhythmi distinctionem, et quia psalmi tunc temporis juncta voce ad organum canebantur, cujusdam musicæ varietatis existiment silentium.* Harum nullam sententiam probat sanctus doctor; sed sequitur Aquilam, qui, verborum Hebræorum diligentissimus explicator, *sela*, quod *diapsalma* reddiderunt Septuaginta et Theodotion et Symmachus, *semper* transtulit. Convenit igitur cum nostro Psalterii interprete, qui insuper illud addidit, hac voce significari etiam mutationem personæ, de qua psalmus loquitur. Theodoretus autem in præfatione *Commentarii in Psalmos* talia scribit : *Diapsalma etiam variis modis exposuerunt. Nonnulli enim intermissionem operationis Spiritus sancti suspicati sunt esse : alii vaticinationis commutationem : quidam vero cantus vicissitudinem. Unus autem Aquilæ interpretationem secutus, pro* diapsalmate *posuit* semper, *cum præcedenti versu id cohærere pronuntians.*

Digitized by Google

9. Ego dormivi et soporatus sum ;
10. Et exsurrexi, quia Dominus suscepit me.
11. Non timebo millia populi circumdantis me.

www.libtool.com.cn

12. Exsurge, Domine ; salvum me fac, Deus meus.
13. Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa ;
14. Dentes peccatorum contrivisti.
15. Domini est salus ;
16. Et super populum tuum benedictio tua.

In finem, in carminibus. psalmus David.

PSAL. IV.

Cum invocarem exaudivit me Deus justitiæ meæ ;
2. In tribulatione dilatasti mihi.
3. Miserere mei, et exaudi orationem meam.
4. Filii hominum, usquequo gravi corde ?
5. Ut quid diligitis vanitatem, et quæritis mendacium ?
6. Et scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum.

A 9. Ἐγὼ δὲ ἐκοιμήθην, καὶ ὕπνωσα·
10. Ἐξηγέρθην, ὅτι Κύριος ἀντιλήψεταί μου·
11. Οὐ φοβηθήσομαι ἀπὸ μυριάδων λαοῦ τῶν κύκλῳ συνεπιτιθεμένων μοι.
12. Ἀνάστα, Κύριε· σῶσόν με, ὁ Θεός μου.
13. Ὅτι σὺ ἐπάταξας πάντας τοὺς ἐχθραίνοντάς μοι ματαίως·
14. Ὀδόντας ἁμαρτωλῶν συνέτριψας.
15. Τοῦ Κυρίου ἡ σωτηρία·
16. Καὶ ἐπὶ τὸν λαόν σου ἡ εὐλογία σου

Εἰς τὸ τέλος, ἐν ὕμνοις, ψαλμὸς τῷ Δαυΐδ.

ΨΑΛ. Δ'.

1. Ἐν τῷ ἐπικαλεῖσθαί με, εἰσήκουσέ μου ὁ Θεὸς τῆς δικαιοσύνης μου.
2. Ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς μοι.
3. Οἰκτείρησόν με, καὶ εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου.
B 4. Υἱοὶ ἀνθρώπων, ἕως πότε βαρυκάρδιοι ;
5. Ἵνα τί ἀγαπᾶτε ματαιότητα, καὶ ζητεῖτε ψεῦδος ;
6. Καὶ γνῶτε, ὅτι ἐθαυμάστωσε Κύριος τὸν ὅσιον αὐτοῦ.

ATHANASII INTERPRETATIO.

9. Unusquisque prophetarum dicit : Nullus fui in mea prædicatione propter hominum incredulitatem,
10. Novissime autem meus sermo exsurrexit, quoniam Dominus per seipsum mundum allocutus est.
11. Tentationes, ait me aggredientes.
12. Exsurge, Domine, de quo dicturus erat Thomas : *Dominus meus et Deus meus* [11].
13. Quoniam tu crucifixus pro nobis percussisti omnes rectores mundi, hoc est peccati.
14. Eorum scilicet doctrinas, quibus devorabant corda hominum qui illis auscultabant.
15. Tui quidem, qui natura ipsa Dominus es,
16. Et super sanctos tuos gratia tua ; omnis enim salus ab homine vana [12].

9. Ἕκαστος λέγει τῶν προφητῶν, ὅτι Ἐν μὲν (1) κηρύγματί μου ἀνωφελὴς ἐγενόμην διὰ τὴν ἀπείθειαν τῶν ἀνθρώπων,
10. Ὕστερον δὲ ἐξανέστη ὁ λόγος μου, ὅτι Κύριος δι' ἑαυτοῦ ἐλάλησε τῷ κόσμῳ (2).
11. Τῶν πειρασμῶν λέγει τῶν ἐπερχομένων μοι.
12. Ἀνάστα, Κύριε, περὶ οὗ μέλλει λέγειν Θωμᾶς· *Ὁ Κύριός μου καὶ ὁ Θεός μου.*
13. Ὅτι σὺ σταυρωθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν (3) ἐπάταξας
C πάντας τοὺς κοσμοκράτορας τῆς ἁμαρτίας.
14. Τὰς διδαχὰς αὐτῶν τουτέστιν (4), ἐν αἷς κατῄσθιον τὰς καρδίας τῶν ὑπακουόντων αὐτοῖς.
15. Σοῦ γὰρ (5) τοῦ κατὰ φύσιν Κυρίου,
16. Καὶ ἐπὶ τοὺς ἁγίους σου ἡ χάρις σου· πᾶσα γὰρ σωτηρία ἀνθρώπου ματαία.

Ἡ τοῦ ψαλμοῦ προκειμένη ἐπιγραφὴ ἡ διὰ τῆς κινναβάρεως περιέχει· *Εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις, ψαλμὸς τῷ Δαυΐδ.* Τοῦτο οὖν ἐστιν, Εἰς ὕμνον εἴρηται ὑπὲρ τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ (6), ὑπὲρ τῶν ἀθανάτων μυστηρίων δι' ὧν σώζονται οἱ ἅγιοι τοῦ Θεοῦ, δι' ὧν (7) λέγουσι καὶ τὸν ὕμνον τῷ σώσαντι αὐτοὺς τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ. Δαυΐδ γὰρ ἑρμηνεύεται *ἰσχυρὸς χειρί*, ὅπερ ἐστὶ Κύριος (8) ὁ Θεὸς ἡμῶν.

Titulus, qui psalmo præmittitur, cinnabari scriptus, continet : *In finem in hymnis, psalmus David.* Scilicet in hymnum, hoc est in laudem, psalmus dictus est pro sanctis Dei de immortalibus mysteriis, quibus sancti Dei salvantur, et ob quæ hymnum canunt Dei Filio, qui salvavit eos. David enim interpretatur *manu potens*, qualis est Dominus Deus noster.

1. Veniens ad me opem mihi tulisti,
2. Animadvertens meam infirmitatem,
3. Non rejecisti deprecationem meam.
4. Corde lapidei.
5. Quæ in mundo sunt.
6. Intelligite quoniam Dominus servum suum glorificavit.

D 1. Παραγενόμενος πρός με, ἐβοήθησάς μοι, λέγει,
2. Προσεσχηκὼς τὸ ἀσθενές μου,
3. Μὴ ἀπορρίψῃς τὴν ἱκεσίαν μου.
4. Λιθοκάρδιοι.
5. Τὰ ἐν τῷ κόσμῳ.
6. Νοήσατε (9) ὅτι ὁ Κύριος ἐδόξασε τὸν δουλεύοντα αὐτῷ.

[11] Joan. XX, 28. [12] Psal. LIX, 13.

Addenda et corrigenda ex cod. Vatic.

(1) Ἐν τῷ μέν.
(2) Ἐλάλησεν αὐτῶν (αὐτὰ) τῷ κόσμῳ.
(3) Ἐμοῦ.
(4) Τῶν αὐτῶν τούτων.
(5) Κυρίου, ἡ σωτηρία.
(6) Τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ.
(7) Διό.
(8) Ἐστὶ Ἰησοῦς.
(9) Ποιήσατε.

Digitized by Google

7. Κύριος εἰσακούσεταί μου, ἐν τῷ κεκραγέναι με πρὸς αὐτόν. A
8. Ὀργίζεσθε, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε·
9. Ἃ λέγετε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ἐπὶ ταῖς κοίταις ὑμῶν κατανύγητε.
10. Θύσατε θυσίαν δικαιοσύνης, καὶ ἐλπίσατε ἐπὶ Κύριον.
11. Πολλοὶ λέγουσι· Τίς δείξει ἡμῖν τὰ ἀγαθά;
12. Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, Κύριε·
13. Ἔδωκας εὐφροσύνην εἰς τὴν καρδίαν μου.
14. Ἀπὸ καιροῦ σίτου, οἴνου [σίτου καὶ οἴνου] καὶ ἐλαίου αὐτῶν ἐπληθύνθησαν.
15. Ἐν εἰρήνῃ ἐπὶ τὸ αὐτὸ κοιμηθήσομαι καὶ ὑπνώσω.
16. Ὅτι σὺ, Κύριε, καταμόνας ἐπ' ἐλπίδι κατ- B ὠκισάς με.

Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης, ψαλμὸς τῷ Δαβίδ. ΨΑΛ. Ε'.

1. Τὰ ῥήματά μου ἐνώτισαι, Κύριε·
2. Σύνες τῆς κραυγῆς μου [τῇ κραυγῇ μου]·
3. Πρόσχες τῇ φωνῇ τῆς δεήσεώς μου,
4. Ὁ βασιλεύς μου καὶ ὁ Θεός μου.
5. Ὅτι πρὸς σὲ προσεύξομαι, Κύριε·
6. Τὸ πρωῒ εἰσακούσῃ τῆς φωνῆς μου.

7. Dominus exaudiet me, cum clamavero ad eum.
8. Irascimini, et nolite peccare ;
9. Quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.
10. Sacrificate sacrificium justitiæ, et sperate in Domino.
11. Multi dicunt : Quis ostendet nobis bona ?
12. Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine ;
13. Dedisti lætitiam in corde meo
14. A fructu frumenti, vini [frumenti et vini] et olei sui multiplicati sunt.
15. In pace in idipsum dormiam et requiescam.
16. Quoniam tu, Domine, singulariter in spe constituisti me.

In finem, pro ea quæ hæreditatem consequitur, psalmus David. PSAL. V.

1. Verba mea auribus percipe, Domine ;
2. Intellige clamorem meum ;
3. Intende voci orationis meæ,
4. Rex meus, et Deus meus.
5. Quoniam ad te orabo, Domine,
6. Mane exaudies vocem meam.

ATHANASII INTERPRETATIO.

7. Οὐδενὸς (1) γὰρ παροραῖ τῶν ἀναστεναζόντων πρὸς αὐτόν.
8, 9. *Ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν.*
10. Εὔξασθε καὶ ψάλατε ἐν καρδίᾳ καθαρᾷ.
11. Τὸν Κύριόν σου (2), καὶ τὸ Πνεῦμά σου τὸ ἅγιον.
12. Ἐγνώσθη ἐν ἡμῖν ὁ Υἱός σου, Κύριε. C
13. Τὸ Πνεῦμά σου λέγει τὸ ἅγιον.
14. Ἐκ τοῦ ἐπουρανίου ἄρτου, καὶ οἴνου, καὶ τῆς χάριτος τοῦ Πατρὸς (3) τοῦ ἁγίου.
15. Ἀναπαύσομαι, λέγει.
16. Σὺ μόνος κατῴκισάς με ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

7. Neminem enim despicit eorum qui ad eum ingemiscunt.
8, 9. *Sol non occidat super ira vestra* [12]
10. Orate et psallite corde puro.
11. Filium tuum et Spiritum tuum sanctum.
12. Manifestatus est in nobis Filius tuus, Domine.
13. Spiritum tuum sanctum, ait.
14. Ex supercœlesti pane, et vino, et gratia Patris sancti.
15. Requiescam, dicit
16. Tu solus habitare me fecisti in regno tuo.

Ἡ τοῦ ψαλμοῦ προκειμένη ἐπιγραφὴ ἡ διὰ τῆς κινναβάρεως περιέχει· *Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης, ψαλμὸς τῷ Δαυΐδ.* Τοῦτον οὖν (4) ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας λέγει τὸν ψαλμὸν τῆς μελλούσης κληρονομεῖν τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Λέγει δὲ *τὸν ψαλμὸν τῷ Δαυΐδ*, λέγω δὴ τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ. Δαυΐδ γὰρ ἑρμηνεύεται *οὗτος ἀγαπητός*, ὅπερ ἐλέχθη ὑπὸ τοῦ Πατρὸς τὸν (5) μονογενῆ Υἱόν.

Titulus, qui psalmo præmittitur, cinnabari scriptus, continet : *In finem, pro ea quæ hæreditatem consequitur, psalmus David.* Hunc igitur psalmum dicit pro Ecclesia, quæ futura est hæres regni cœlorum. Dicitur autem : *Psalmus David*, scilicet Dei Filio. David enim interpretatur : *Hic dilectus*, quod dictum est a Patre ad Filium suum unigenitum [14].

1. Εἰσελεύσονται τὰ ῥήματά μου εἰς τὰς ἀκοάς σου. D
2-4. Ἀνάκρινε τὰ προσφερόμενά σοι παρ' ἐμοῦ·
5. Ὅτι σοι μέλλω προσιέναι.
6. Ἐν τῷ ἀνατεῖλαι τὸ φῶς σου ἐν τῇ καρδίᾳ μου

1. Ingrediantur verba mea in aures tuas :
2-4. Expende, quæ tibi a me afferuntur ;
5. Quoniam ad te accessurus sum.
6. Cum orietur lux tua in corde meo

[12] Ephes. IV, 26. [14] Matth. III, 17; XVII, 5; II Petr. I, 17.

Addenda et corrigenda ex cod. Vatic.

(1) Οὐδένα.
(2) Υἱόν σου.
(3) Πνεύματος.
(4) Τοῦτο οὖν ἐστι.
(5) Πνεύματος εἰς τόν.

www.libtool.com.cn
Digitized by Google

7. Mane astabo tibi, et videbis me,
8. Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.
9. Neque habitabit juxta te malignus,
10. Neque permanebunt injusti ante oculos tuos.

www.libtool.com.cn

11. Odisti omnes qui operantur iniquitatem,
12. Perdes omnes qui loquuntur mendacium.
13. Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus.
14. Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tuam,
15. Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.
16. Domine, deduc me in justitia tua :
17. Propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.
18. Quoniam non est in ore eorum veritas ;
19. Cor eorum vanum est.
20. Sepulcrum patens est guttur eorum ·
21. Linguis suis dolose agebant.
22. Judica illos, Deus.
23. Decidant a cogitationibus suis ;
24. Secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos ;
25. Quoniam irritaverunt te, Domine.

A

B

7. Τὸ πρωῒ παραστήσομαί σοι, καὶ ἐπόψει με,
8. Ὅτι οὐχὶ Θεὸς θέλων ἀνομίαν σὺ εἰ.
9. Οὐ παροικήσει σοι πονηρευόμενος,
10. Οὐδὲ διαμενοῦσι παράνομοι κατέναντι τῶν ὀφθαλμῶν σου.
11. Ἐμίσησας πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν,
12. Ἀπολεῖς πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος.
13. Ἄνδρα αἱμάτων καὶ δόλιον βδελύσσεται Κύριος.
14. Ἐγὼ δὲ ἐν τῷ πλήθει τοῦ ἐλέους σου εἰσελεύσομαι εἰς τὸν οἶκόν σου,
15. Προσκυνήσω πρὸς ναὸν ἅγιόν σου ἐν φόβῳ σου.
16. Κύριε, ὁδήγησόν με ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου
17. Ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν μου κατεύθυνον ἐνώπιόν σου τὴν ὁδόν μου.
18. Ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν ἀλήθεια·
19. Ἡ καρδία αὐτῶν ματαία.
20. Τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν·
21. Ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν.
22. Κρῖνον αὐτούς, ὁ Θεός.
23. Ἀποπεσάτωσαν ἀπὸ τῶν διαβουλιῶν αὐτῶν·
24. Κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀσεβειῶν αὐτῶν ἔξωσον αὐτούς·
25. Ὅτι παρεπίκρανάν σε, Κύριε.

ATHANASII INTERPRETATIO.

7. Cum omnes tenebras dispulero a me, cujus gratia me tibi sistam, et tunc me inspicies.
8. Non enim tu es Deus libenter videns tenebricosas cogitationes in corde hominis.
9. Non erit tibi amicus, qui tibi benevolo et mundo corde non servit.
10. Non enim digni æstimabuntur injusti stare coram te in æternitate.
11. Qui facit peccatum, et injustitiam facit.
12. Projicies enim eos in ignem, ubi est diabolus pater mendacii.
13. De Caino loquitur, et de reliquis ejus similibus.
14. In supernam Jerusalem.
15. In supercœlesti civitate.
16. Deduc me in Filio tuo, quia lux est.
17. Fac me incedere in luce tua propter inimicos meos, qui tenebræ sunt.
18. In doctrina eorum ;
19. Cogitatio eorum.
20. Omnes enim devorant, qui peccatis moriuntur.
21. Adulando decipiunt.
22, 23. Non prævaleat consilium eorum,
24. Quemadmodum seipsos elongaverunt a te tempore vitæ suæ, ita eos projice abs te in resurrectione ;
25. Quoniam viventes irritaverunt te.

C

D

7. Ὅτε πᾶσαν σκοτίαν ἀπελάσω ἀπ' ἐμοῦ, τοῦ παραστήσομαί σοι (1), καὶ τότε ἐπόψει με.
8. Οὐ γὰρ εἶ ὁ (2) Θεὸς ἡδέως ὁρῶν σκοτεινὰς ἐνθυμήσεις ἐν καρδίᾳ ἀνδρός.
9. Οὐκ ἔσται σοι οἰκεῖος ὁ μὴ καθαρῶς σοι δουλεύων μετ' ἐννοίας.
10. Οὐ γὰρ ἀξιωθήσονται ἀτελευτήτως ἱστάναι ἐνώπιόν σου παράνομοι.
11. Ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν καὶ τὴν ἀνομίαν ποιεῖ.
12. Βαλεῖς γὰρ αὐτοὺς εἰς τὸ πῦρ, ἔνθα ὁ διάβολος ὁ πατὴρ τοῦ ψεύδους.
13. Περὶ τῶν κατὰ τὸν Κάϊν λέγει καὶ τῶν λοιπῶν.
14. Εἰς τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ.
15. Εἰς τὴν ἐπουράνιον πόλιν.
16. Ὁδήγησόν με ἐν τῷ Υἱῷ σου, ὅτι φῶς ἐστι.
17. Διὰ τοὺς ἐχθρούς μου τοὺς ὄντας σκότος ἐν τῷ φωτί σου πορεύεσθαί με ποίησον.
18. Ἐν τῇ διδασκαλίᾳ αὐτῶν·
19. Ἡ ἐνθύμησις (3) αὐτῶν.
20. Πάντας γὰρ τοὺς νεκροὺς ὄντας τοῖς παραπτώμασι καταπίνουσιν.
21. Κολακεύοντες ἀπατῶσιν.
22, 23. Μὴ ἰσχυσάτω ἡ βουλὴ αὐτῶν·
24. Καθὼς ἑαυτοὺς ἐμάκρυναν ἀπὸ σοῦ ἐν τῷ καιρῷ τῆς ζωῆς αὐτῶν, οὕτως αὐτοὺς ἀπόρριψον ἀπὸ σοῦ ἐν τῇ ἀναστάσει·
25. Ὅτι παρεπίκρανάν σε ἐν τῇ ζωῇ αὐτῶν.

Addenda et corrigenda ex cod. Vatic.

(1) Παρ' ἐμαυτοῦ παραστήσομαί σοι.
(2) Art. ὁ deest.
(3) Αἱ ἐνθυμήσεις.

Digitized by Google

26. Καὶ εὐφρανθείησαν [εὐφρανθήτωσαν] πάντες οἱ ἐλπίζοντες ἐπὶ σέ. A

27. Εἰς αἰῶνα ἀγαλλιάσονται, καὶ κατασκηνώσεις ἐν αὐτοῖς.

8. Καὶ καυχήσονται ἐν σοὶ πάντες οἱ ἀγαπῶντες τὸ ὄνομά σου·

29. Ὅτι σὺ εὐλογήσεις δίκαιον.

30. Κύριε, ὡς ὅπλῳ εὐδοκίας ἐστεφάνωσας ἡμᾶς.

26. Et lætentur omnes qui sperant in te;

27. In æternum exsultabunt, et habitabis in eis.

28. Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum;

29. Quoniam tu benedices justo.

30. Domine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.

Εἰς τὸ τέλος, ἐν ὕμνοις ὑπὲρ τῆς ὀγδόης, ψαλμὸς τῷ Δαβίδ. ΨΑΛ. Ϛ'.

1. Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με·

2. Μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με.

3. Ἐλέησόν με, Κύριε, ὅτι ἀσθενής εἰμι·

4. Ἴασαί με, Κύριε, ὅτι ἐταράχθη τὰ ὀστᾶ μου· B

5. Καὶ ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα.

6. Καὶ σὺ, Κύριε, ἕως πότε;

7. Ἐπίστρεψον, Κύριε, ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου

8. Σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου.

9. Ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ θανάτῳ ὁ μνημονεύων σου,

10. Ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι;

In finem, in carminibus pro octava, psalmus David. PSAL. VI.

1. Domine, ne in furore tuo arguas me;

2. Neque in ira tua corripias me.

3. Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum;

4. Sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea;

5. Et anima mea turbata est valde.

6. Sed tu, Domine, usquequo?

7. Convertere, Domine, et eripe animam meam:

8. Salvum me fac propter misericordiam tuam.

9. Quoniam non est in morte, qui memor sit tui,

10. In inferno autem, quis confitebitur tibi?

ATHANASII INTERPRETATIO.

26. Ἀτελευτήτως εὐφρανθήσονται καὶ ἀγαλλιάσονται οἱ πιστεύοντες εἰς σὲ,

27. Θεωροῦντες τὸ πρόσωπόν σου διὰ παντός. C

28. *Ὁ καυχώμενος ἐν Κυρίῳ καυχάσθω,*

29. Λέγων πρὸς αὐτούς· *Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου.*

30. Διὰ τοῦ σταυροῦ σου τῆς οὐρανίου βασιλείας ἠξίωτας (1) ἡμᾶς.

26. Perpetuo lætabuntur, et exsultabunt, qui credunt in te,

27. Videntes faciem tuam in æternum.

28. *Qui gloriatur, in Domino glorietur* [14*],

29. Dicens illis: *Venite, benedicti Patris mei* [15].

30. Per crucem tuam dignos nos fecisti cœlesti regno.

Ἡ τοῦ ψαλμοῦ προκειμένη ἐπιγραφὴ διὰ τῆς κινναβάρεως περιέχει· *Εἰς τὸ τέλος, ἐν ὕμνοις ὑπὲρ τῆς ὀγδόης, ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.* Τοῦτο οὖν λέγει· Ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ῥυσθῆναι τῆς κρίσεως οἱ ἅγιοι παρακαλοῦσι καὶ ἀξιωθῆναι τῆς αἰωνίου μισθαποδοσίας. Τῷ γὰρ ἕκτῳ αἰῶνι συντελεῖται ὁ κόσμος· τῷ δὲ ἑβδόμῳ (2) κρίνει τὴν οἰκουμένην ὁ Κύριος· τῷ δὲ ὀγδόῳ οὗτοι ἀπέρχονται εἰς ζωὴν αἰώνιον, καὶ οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον. Διὰ τοῦτο εἴρηται ὁ ψαλμὸς ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι τοὺς ἁγίους ἐν τῇ ὀγδόῃ.

Psalmo præpositus titulus, cinnabari scriptus, continet: *In finem, in hymnis pro octava, psalmus David.* Hoc autem significat: In sæculorum consummatione sancti rogabunt, ut liberentur a judicio, et digni fiant æternæ mercedis retributione. Sexto enim sæculo consummatur mundus; septimo autem orbem terræ judicat Dominus; octavo vero hi abeunt in vitam æternam; et hi in supplicium æternum [16]. Propterea dictus est psalmus pro eo quod liberentur sancti in octava.

1, 2. Κύριε, μὴ ἐκτὸς τοῦ ἐλέους σου ἐλέγξῃς με, καὶ παιδεύσῃς με. D

3. Σαθρὸς τῇ διανοίᾳ·

4. Καὶ οὐκ εἰμὶ ἐστηριγμένος (3) περὶ τὰς ἐντολάς σου.

5. Ἐν ἁμαρτήμασι πεφυρμένος εἰμὶ, λέγει.

6. 7. Ἐλθὲ, Κύριε, ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου,

8. Διὰ τὸ εἶναι (4) ἐλεήμονα.

9. Ὁ ὅλως μνημονεύων σου ἐκκλίνει (5) ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας·

10. Ὁ γὰρ νοῦς ὁ κυριευόμενος ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας οὐκ ἐξομολογήσεταί σοι.

1, 2. Domine, ne extra misericordiam tuam arguas me, et corripias me.

3. Mente corruptus;

4. Et non sum firmatus in mandatis tuis.

5. In peccatis commistus sum, inquit.

6, 7. Veni, Domine, libera animam meam,

8. Quia misericors es.

9. Qui prorsus memor est tui, declinat a peccato;

10. Mens enim, quæ dominatur a peccato, non confitebitur tibi.

[14*] I Cor. I, 31. [15] Matth. XXV, 34. [16] ibid. 46.

Addenda et corrigenda ex cod. Vatic.

(1) Ἀξίωσον.
(2) Καὶ τῷ ἑβδόμῳ.
(3) Ἐστηριγμένος.
(4) Εἶναί σε.
(5) Ἐκλίπει.

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

11. Laboravi in gemitu meo,
12. Lavabo per singulas noctes lectum meum;
13. Lacrymis meis stratum meum rigabo.
14. Turbatus est a furore oculus meus:
15. Inveteravi inter omnes inimicos meos.
16. Discedite a me, omnes qui operamini iniquitatem:
17. Quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.
18. Exaudivit Dominus deprecationem meam:
19. Dominus orationem meam suscepit.
20. Erubescant et conturbentur vehementer omnes inimici mei:
21. Convertantur et erubescant valde velociter.

Psalmus David, quem cantavit Domino pro verbis Chusi filii Jemini. PSAL. VII.

1. Domine Deus meus, in te speravi:

A

11. Ἐκοπίασα ἐν τῷ στεναγμῷ μου,
12. Λούσω καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου
13. Ἐν δάκρυσί μου τὴν στρωμνήν μου βρέξω.
14. Ἐταράχθη ἀπὸ θυμοῦ ὁ ὀφθαλμός μου·
15. Ἐπαλαιώθην ἐν πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς μου.
16. Ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ, πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν·
17. Ὅτι εἰσήκουσε Κύριος τῆς φωνῆς τοῦ κλαυθμοῦ μου.
18. Ἤκουσε Κύριος τῆς δεήσεώς μου·
19. Κύριος τὴν προσευχήν μου προσεδέξατο.
20. Αἰσχυνθείησαν καὶ ταραχθείησαν πάντες οἱ ἐχθροί μου.
21. Ἀποστραφείησαν καὶ καταισχυνθείησαν σφόδρα διὰ τάχους.

Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ, ὃν ᾖσε τῷ Κυρίῳ ὑπὲρ τῶν λόγων Χουσὶ υἱοῦ Ἰεμενί. ΨΑΛ. Ζ'.

1. Κύριε ὁ Θεός μου, ἐπὶ σοὶ ἤλπισα·

ATHANASII INTERPRETATIO.

11. Gravatus peccato ingemiscam.
12. Emundabo ab omni peccato corpus meum:
13. Et in lacrymis requiem meam; hoc est Dominum lacrymis rigabo, ut meretrix in Evangelio [17].
14. Pura est a suggestione diaboli mens mea.
15. Perditus omnino sum, et in nihilum redactus.
16. Dæmones antea me ducentes ad omnem improbam cupiditatem.
17. Gemitum cordis mei.
18. Hanc non aversatus est.
19. Eam enim adimplet.
20. Confundantur, quod non amplius me in captivitatem redigere possunt, quia custodior a Domino, et hanc ob causam irascantur,
21. Et quam celeriter confusi recedant.

B

11. Βαρούμενος ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας στενάξω (1).
12. Καθαρίσω ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας (2) τὸ σῶμά μου·
13. Καὶ ἐν δάκρυσι (3) τὴν ἀνάπαυσίν μου· τουτέστι τὸν Κύριον βρέξω, ὡς ἡ πόρνη ἐν Εὐαγγελίῳ.
14. Οὐ καθαριεύει ἡ διάνοιά μου ἀπὸ τῆς τοῦ διαβόλου ὑποβολῆς.
15. Ἠφανίσθην ὅλως, εἰς οὐδὲν ἐγενόμην.
16. Οἱ δαίμονες οἱ τὸ πρότερον ὁδηγήσαντές με πρὸς πᾶσαν πονηρὰν ἐπιθυμίαν.
17. Τοῦ ὁδυρμοῦ τῆς καρδίας μου.
18. Οὐκ ἀπεστράφη ταύτην.
19. Πληροῖ γὰρ αὐτήν.
20. Ἐντραπῶσιν, ὅτι οὐκ ἔτι με αἰχμαλωτίσαι δύνανται, διὰ τὸ φυλάττεσθαί με ὑπὸ Κυρίου, καὶ ὀργισθῶσιν ἕνεκεν τούτου,

C

21. Καὶ ἀναστρέψουσι καταισχυνθέντες πάνυ ἐν τάχει.

Ἡ προκειμένη ἐπιγραφὴ ἡ διὰ τῆς κινναβάρεως περιέχει· *Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ, ὃν ᾖσε τῷ Κυρίῳ ὑπὲρ τῶν λόγων Χουσὶ υἱοῦ Ἰεμενί.* Τοῦτο οὖν λέγει, ὅτι ᾖσε τὸν ψαλμὸν ὁ Δαβὶδ τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ προφητεύων ὑπὲρ τοῦ λαοῦ τοῦ μέλλοντος ἀπὸ ἁμαρτιῶν λυτροῦσθαι καὶ ἐπιστρέφειν, καὶ ἀξιοῦσθαι τῆς ἐκ δεξιῶν στάσεως τοῦ Χριστοῦ· Χουσὶ γὰρ ἑρμηνεύεται *Αἰθίοψ*, τουτέστιν ὑπὲρ τοῦ λαοῦ τοῦ ὄντος μέλανος ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ᾖσε τὸν ψαλμὸν τῷ Κυρίῳ. Ἰεμενὶ δὲ ἑρμηνεύεται *δεξιά μου*· ἐπειδὴ ὁ λαὸς ὁ Αἰθίοψ, λέγω δὴ ὁ μέλας, ῥυσθεὶς ἐκ τῶν ἀριστερῶν, μέλλει ἵστασθαι ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ.

5. Ἐξελεύσεται τὸ πνεῦμα αὐτοῦ,
6. Καὶ ἐπιστρέψει εἰς τὴν γῆν αὐτοῦ·
7. Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἀπολοῦνται πάντες οἱ διαλογισμοὶ αὐτοῦ.
8. Μακάριος, οὗ ὁ Θεὸς Ἰακὼβ βοηθὸς αὐτοῦ·
9. Ἡ ἐλπὶς αὐτοῦ ἐπὶ Κύριον τὸν Θεὸν αὐτοῦ,
10. Τὸν ποιήσαντα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, τὴν θάλασσαν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς·

(a) Vers. 5. Καὶ ἐπὶ υἱούς, etc. V. 6. Ἐξελεύσεται, etc., ἀποστρέψει, etc., usque ad αὐτοῦ. V. 7. Ἐν ἐκείνῃ, etc., οἱ διαλογισμοὶ αὐτῶν.

ATHANASII INTERPRETATIO.

Ἡ προκειμένη ἐπιγραφὴ περιέχει (1)· Ἀλληλούϊα, Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου· ἀλληλούϊα οὖν ἑρμηνεύεται *αἰνέσατε, ὑμνήσατε τὸν ὄντα Θεόν*· Ἀγγαίου δὲ ἑρμηνεύεται *ἑορτάζοντος*· Ζαχαρίου δὲ ἑρμηνεύεται *νίκη λέοντος*. Αἰνέσατε οὖν τὴν ἑορτὴν τῶν παθημάτων τοῦ λέοντος τοῦ νικητοῦ, Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Διὸ καὶ ὁ Προφήτης αὐτὸ τοῦτο ἄρχεται διὰ τοῦ λέγειν· *Αἶνει, ἡ ψυχή μου.*

Titulus præpositus continet : *Alleluia*, *Aggæi*, *et Zachariæ : alleluia* igitur interpretatur *laudate*, *et hymnum dicite Deo vero : Aggæi* autem interpretatur *festum agentis : Zachariæ* vero interpretatur *victoriæ leonis*. Laudate igitur festum passionis leonis, qui victoriam retulit, Jesu Domini nostri. Propterea et Propheta ex hoc ipso exorditur dicendo : *Lauda, anima mea*, etc.

1. Laudes dignas repende Domino tuo, qui redemit te proprio sanguine.
2, 3. Laudabo eum, donec accipiat spiritum meum, et rursus postquam acceperit ipse spiritum meum, illic laudabo eum.
4. Nolite confugere ad auxilium eorum, qui in sublimitate sunt, neque ad filios hominum, qui non possunt se ipsos salvare, sed in illum sperate, qui dictus est Filius hominis propter propriam humanitatem, Salvator autem cum sit generis humani.
5, 6. Uniuscujusque hominis morientis redit substantia in terram, ex qua sumpta est : ille autem Filius hominis, etiam postquam mortuus fuit propter nos, et incorruptus permansit propria virtute, et mortuos vivificavit.
7. In die judicii occulta hominum judicabit Deus, accusantibus cogitationibus unumquemque de actionibus suis [9].
8. Beatus homo, cujus inseparabilis adjutor ejus est Deus.
9. Et omnem suam curam projiciet in ipsum.
10. Mare, et omnia quæ in eis sunt, Creator visibilium, et invisibilium omnium.

B 1. Ἐπαίνους ἀξίου, ἀνάπεμπε τῷ Δεσπότῃ σου τῷ ἐξαγοράσαντί σε τῷ ἰδίῳ αἵματι.
2, 3. Ἀνυμνήσω αὐτὸν ἕως ἂν δέξηται τὸ πνεῦμά μου, καὶ πάλιν μετὰ τὸ δέξασθαι αὐτὸν τὸ πνεῦμά μου, ἐκεῖ ἀνυμνήσω αὐτόν.
4. (2) Μὴ καταφύγετε ἐπὶ τὴν βοήθειαν αὐτῶν ἐν ὑπεροχῇ ὄντων, μηδὲ ἐπὶ υἱοὺς ἀνθρώπων, τοὺς μὴ δυναμένους ἑαυτοὺς σῶσαι· ἀλλ' ἐπ' ἐκεῖνον ἐλπίσατε τὸν λεγόμενον Υἱὸν ἀνθρώπου διὰ τὴν οἰκείαν φιλανθρωπίαν, Σωτῆρα δὲ ὄντα τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων.
5, 6. Ἑκάστου ἀνθρώπου τελευτήσαντος ὑποστρέφει ὑπόστασις εἰς τὴν γῆν, ἐξ ἧς ἐλήφθη· ἐκεῖνος δὲ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ μετὰ τὸ θανεῖν αὐτὸν δι' ἡμᾶς, καὶ ἄφθαρτος διέμεινεν οἰκείᾳ δυνάμει, καὶ τοὺς νεκροὺς ἐζωοποίησεν.
C 7. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων κρινεῖ ὁ Θεὸς, κατηγορούντων τῶν λογισμῶν ἕκαστον (3) περὶ τῶν ἔργων αὐτοῦ.
8. Μακάριος ὁ ἄνθρωπος, οὗ ὁ Θεὸς τοῦ ἀπελάστου [ἀπέλαστος] βοηθὸς (4) αὐτοῦ ἐστιν.
9. Καὶ πᾶσαν τὴν μέριμναν αὐτοῦ ἐπιῤῥίψει ἐπ' αὐτόν.
10. Τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, τὸν (5) Δημιουργὸν τῶν ἀοράτων καὶ ὁρατῶν πάντων.

[9] Rom. II, 15, 16.

Addenda et corrigenda ex cod. Vatic.

(1) Ἡ διὰ τῆς κινναβάρεως περιέχει, etc. Ὑμνήσατε τὸν Κύριον. Ἀγγέου, etc. Αἰνέσατε οὖν, ὑμνήσατε τὴν ἑορτήν, etc., τοῦ νικητοῦ, τουτέστιν Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, ὡς καὶ ὁ, etc., ἄρχεται. Διὰ τοῦτο λέγει· Αἶνει, etc.

(2) N. 4. Μὴ καταφύγητε ἐπὶ τὴν βοήθειαν τῶν ἐν ὑπεροχῇ ὄντων N. 5. Μηδὲ ἐπί, etc., usque ad Σωτῆρα τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων. N. 6. Ἑκάστου, etc., καὶ ἄφθαρτος ἔμεινεν, etc.

(3) Ἑκάστου, etc.

(4) Ἁπλάστου λαοῦ βοηθός, etc.

(5) N. 10. Incipit ab his verbis, τὸν δημιουργόν, etc.

Digitized by Google

11. Τὸν φυλάσσοντα ἀλήθειαν εἰς τὸν αἰῶνα· A
12. Ποιοῦντα κρῖμα τοῖς ἀδικουμένοις·
13. Διδόντα τροφὴν τοῖς πεινῶσι.
14. Κύριος λύει πεπεδημένους·
15. Κύριος σοφοῖ τυφλούς·
16. Κύριος ἀνορθοῖ κατερραγμένους·
17. Κύριος ἀγαπᾷ δικαίους·
18. Κύριος φυλάσσει τοὺς προσηλύτους.
19. Ὀρφανὸν καὶ χήραν ἀναλήψεται,
20. Καὶ ὁδὸν ἁμαρτωλῶν ἀφανιεῖ.
21. Βασιλεύσει Κύριος εἰς τὸν αἰῶνα, ὁ (a) Θεός σου Σιὼν,
22. Εἰς γενεὰν καὶ γενεάν.

11. Qui custodit veritatem in sæculum :
12. Facit judicium injuriam patientibus :
13. Dat escam esurientibus.
14. Dominus solvit compeditos :
15. Dominus illuminat cæcos :
16. Dominus erigit elisos :
17. Dominus diligit justos :
18. Dominus custodit advenas.
19. Pupillum, et viduam suscipiet,
20. Et vias peccatorum disperdet.
21. Regnabit Dominus in sæcula Deus tuus Sion,
22. In generationem et generationem.

Ἀλληλούϊα. Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου. ΨΑΛ. ΡΜϚ'.
1. Αἰνεῖτε τὸν Κύριον, ὅτι ἀγαθὸν ψαλμός·

Alleluia. Aggæi et Zachariæ. PSAL. CXLVI.
1. Laudate Dominum, quoniam bonum est psalmus :

(a) Vers. 22. Ὁ Θεός σου, etc., usque ad καὶ γενεάν.

ATHANASII INTERPRETATIO.

11. Τὸν ἀψευδῆ Θεὸν τὸν φρουροῦντα πᾶσαν καρδίαν B τῶν ἁγίων αὐτοῦ.
12. Ποιοῦντα ἐκδίκησιν καὶ ἐν τῷ νῦν, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι τοῖς καταπονουμένοις, ἢ ὑπὸ ἀνθρώπων, ἢ ὑπὸ τῶν ἐναντίων δυνάμεων.
13. Τὸ μὲν ἰδικὸν δῆλόν ἐστιν, ὅτι αὐτὸς τρέφει πᾶσαν σάρκα· ὅμως δὲ (1) καὶ τοῦτο θεωρεῖται, ὅτι τοῖς ποθοῦσι τὴν χάριν αὐτοῦ πλουσίως αὐτὴν παρέχει.
14. Τοὺς συνεσφιγμένους ὑπὸ τῶν ἰδίων (2) ἁμαρτιῶν ἀπαλλάττει αὐτοὺς διὰ τῆς χάριτος αὐτοῦ.
15. Τοὺς πεπηρωμένους (3) τὴν διάνοιαν σοφοῖ αὐτοὺς, οὐ τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου τούτου, ἀλλὰ τὴν ἀνίκητον [ἀκίνητον] καὶ ἀτελεύτητον.
16. Κύριος ἀνεγείρει τοὺς καταπεσόντας ἐν ταῖς ἁμαρτίαις.
C
17. Ὥστε καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ (4) θεῖναι ὑπὲρ αὐτῶν.
18. Τοὺς προσφεύγοντας αὐτῷ σκέπει τῇ χάριτι αὐτοῦ.
19. Τὸ μὲν εἰδικὸν δῆλόν ἐστιν, ὅτι ὀρφανὸν καὶ χήραν ἀναλαμβάνεται· περὶ δὲ τοῦ νεανίσκου λέγει, οὗ ἀνέστησεν ὁ Κύριος ἐν τῇ Ναΐν, καὶ τῆς τούτου μητρός.
20. Καὶ πᾶσαν τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ τὴν ἀπάτην, καὶ τὴν διδασκαλίαν τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου συντελέσει.
21, 22. (5) Ἀτελευτήτως ὁ Θεός σου ἡ ἄνω Ἱερουσαλὴμ, ἔνθα τὸ ἐπουράνιον θυσιαστήριον ὑπάρχει· *Σιὼν* γὰρ ἑρμηνεύεται *τόπος ὅπου ἡ σκηνὴ*, τουτέστιν ὅπου τὸ ἐπουράνιον θυσιαστήριον.

11. Qui verax Deus est custodiens corda omnia sanctorum suorum.
12. Vindicans, et in præsenti, et in futuro sæculo afflictos, aut ab hominibus, aut a contrariis potestatibus.
13. Proprius quidem sensus manifestus est, quod ipse omnem carnem alit : verumtamen id allegorice etiam explicari potest, quod desiderantibus gratiam suam abundanter ipsam exhibet.
14. Constrictos a propriis peccatis liberat eos gratia sua.
15. Mente excæcatos sapientes reddit eos, non sapientia hujus mundi, sed insuperabili [immutabili] et æterna.
16. Dominus erigit lapsos in peccata.
17. Adeo ut et animam suam pro ipsis posuerit.
18. Confugientes ad ipsum protegit gratia sua.
19. Sensus quidem proprius manifestus est, quod pupilli et viduæ curam suscipit : allegorice autem loquitur de juvene, quem Dominus suscitavit in urbe Nain, et de illius matre.
20. Et omnem concupiscentiam, et deceptionem et doctrinam principum hujus sæculi conficiet.
21, 22. In æternum Deus tuus superna Jerusalem, ubi supercœleste altare exsistit : *Sion* enim interpretatur *locus ubi tabernaculum*, hoc est ubi supercœleste altare. D

Ἡ προκειμένη ἐπιγραφὴ περιέχει (6)· Ἀλληλούϊα, *Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου· ἀλληλούϊα* οὖν ἑρμηνεύεται
Titulus præpositus continet : *Alleluia, Aggæi, et Zachariæ : alleluia* igitur interpretatur *laus et hym-*
1. Αἰνεῖτε τὸν Κύριον, ὅτι ἡδὺ τῷ Θεῷ τὸ ψάλλειν (7) αὐτῷ.
1. Laudate Dominum, quoniam jucundum est Deo, ut ipsi psallatur.

Addenda et corrigenda ex cod. Vatic.

(1) Δέ deest.
(2) Ἰδίων deest.
(3) Πεπορωμένους leg. videtur πεπηρωμένους.
(4) Αὐτῶν, leg. αὐτοῦ.
(5) N. 21. Ἀτελευτήτως. N. 22. Ὁ Θεὸς ἡ ἄνω, etc., τουτέστιν τόπος, ὅπου, etc.
(6) Ἡ διὰ τῆς κινναβάρεως περιέχει, etc., ἑρμηνεύεται μνήμη Κυρίου, etc., αἶνος, ὕμνος τῷ Θεῷ τῷ ὄντι παρά, etc.
(7) Ψάλαι, etc.

Digitized by Google

2. Deo nostro sit jucunda laudatio.
3. Ædificans Jerusalem Dominus :
4. Dispersiones Israelis congregabit.
5. Qui sanat contritos corde;
6. Et alligat contritiones eorum.
7. Qui numerat multitudinem stellarum,
8. Et omnibus eis nomina vocat.

A

2. Θεῷ ἡδυνθείη αἴνεσις.
3. Οἰκοδομῶν Ἰερουσαλὴμ ὁ Κύριος·
3. Τὰς διασπορὰς τοῦ Ἰσραὴλ ἐπισυνάξει.
5. Ὁ ἰώμενος τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν·
6. Καὶ δεσμεύων τὰ συντρίμματα αὐτῶν.
7. Ὁ ἀριθμῶν πλήθη ἄστρων,
8. Καὶ πᾶσιν αὐτοῖς ὀνόματα καλῶν.

www.hbook.com.cn

ATHANASII INTERPRETATIO.

ται *αἶνος καὶ ὕμνος*· Ἀγγαίου δὲ ἑρμηνεύεται *ἑορτάζοντος*· Ζαχαρίου δὲ ἑρμηνεύεται *μνήμης Κυρίου*. Σαφῶς οὖν τοῦτο λέγει, αἶνος καὶ ὕμνος τῷ ὄντι θεῷ παρὰ τοῦ ἑορτάζοντος λαοῦ τὴν μνήμην τῶν παθημάτων αὐτοῦ.

nus : Aggæi autem *festum agentis : Zachariæ* autem interpretatur *memoriæ Domini*. Aperte igitur hoc significat, laus et hymnus Deo vero a populo, qui festum agit memoriæ passionis ejus.

2. Delectabitur enim hujusmodi laude Deus.

B

2. Τερφθήσεται γὰρ ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ αἰνέσει ὁ Θεός.

3. *Jerusalem* interpretatur *visio pacis*, quale est cor fidele : singula igitur hujusmodi corda ædificat Dominus. Verumenimvero superuam Jerusalem ipse ædificavit; et multitudo angelorum dicitur Jerusalem, et omnibus manifestum est, quod ipse eos ædificat domum spiritualem, quemadmodum inquit apostolus [10].

3. Ἰερουσαλὴμ ἑρμηνεύεται *ὅρασις εἰρήνης*, ὅπερ ὑπάρχει καρδία πιστή· ἑκάστην οὖν τοιαύτην καρδίαν οἰκοδομεῖ ὁ Κύριος. Ὅμως δὲ (1) τὴν ἄνω Ἰερουσαλὴμ αὐτὸς ἐδημιούργησε, καὶ τὸ πλῆθος δὲ τῶν ἀγγέλων λέγεται Ἰερουσαλήμ, καὶ δῆλόν ἐστι πᾶσι, ὅτιπερ αὐτὸς αὐτοὺς οἰκοδομεῖ οἶκον πνευματικὸν, καθὼς (2) εἶπεν ὁ Ἀπόστολος.

4. Dispersa membra sanctorum, hoc est populos, qui ex Judæis sunt, et qui ex gentibus, congregabit per passionem suam. Aliam etiam interpretationem hujus versus dicam. *Israel* interpretatur *videns Deum* : mentis igitur videntis eum omnem captivitatem congregabit, et in suam liberam potestatem ipsam restituet.

4. Τὰ διεσκορπισμένα μέλη τῶν ἁγίων, τουτέστι τοὺς ἐξ Ἰουδαίων λαοὺς, καὶ τοὺς ἐξ ἐθνῶν, ἐπισυνάξει διὰ τοῦ πάθους αὐτοῦ. Καὶ ἄλλην δὲ τῷ αὐτῷ στίχῳ ἑρμηνείαν λέξομεν. Ἰσραὴλ (3) ἑρμηνεύεται *ὁρῶν Θεόν*· τῆς διανοίας οὖν τῆς ὁρώσης αὐτὸν πᾶσαν αἰχμαλωσίαν ἐπισυνάξει, καὶ εἰς τὴν αὐτῆς αὐτεξουσιότητα αὐτὸν ἀποκαταστήσει.

Interpretatio versiculi quinti usque ad decimum octavum non exstat in cod. Barb.

5, 6. Et concupiscentias eorum conterentes antea corda hominum alligans vinculis æternis, et tradens igni æterno, hoc est contrarias potestates.

C

5, 6. Καὶ τὰς ἐπιθυμίας αὐτῶν τὰς πρότερον συντριβούσας τὰς καρδίας τῶν ἀνθρώπων δεσμεύων δεσμοῖς ἀϊδίοις, καὶ παραδιδοὺς τῷ αἰωνίῳ πυρὶ, τουτέστι τὰς ἐναντίας δυνάμεις.

7, 8. Manifestum quidem est, quod ipse ut factor, novit quantitatem earum stellarum, quas fecit. De sanctis etiam allegorice explicari possunt, quæ de stellarum numero dicuntur; similiter enim et horum numerum agnoscit. Nisi enim prævideret quæ sit eorum quantitas, non præparasset ipsis civitatem, quæ posset eos excipere. Numerans igitur multitudinem stellarum, perspiciens et probans quale charisma, et quantum possit unusquisque sanctorum accipere, et ita exhibens. Deinde sequitur in psalmo : *Et omnibus eis nomina vocans :* mos enim in Ecclesia est sanctos suos alios quidem vocare apostolos, alios autem prophetas, alios autem magistros; deinde lectores, deinde interpretes Scripturarum ex una lingua in aliam. Hic igitur mos est, inquam, omnibus eis nomina vocans (*a*).

7, 8. Δῆλον μέν ἐστιν, ὅτι, ὡς πεποιηκὼς, οἶδε τὴν ποσότητα ὧν πεποίηκεν. Καὶ εἰς τοὺς ἁγίους δὲ θεωρεῖται ὁ τούτων ἀριθμὸς, καὶ ὁμοίως πάλιν καὶ αὐτῶν γινώσκει τὸν ἀριθμόν. Εἰ μὴ γὰρ προῖδῃ (3') πόσα ἔσται ἡ ποσότης αὐτῶν, οὐκ ἂν προητοίμασεν αὐτοῖς πόλιν τὴν δυναμένην αὐτοὺς δέξασθαι. Ὁ ἀριθμῶν οὖν πλήθη ἄστρων, ὁ θεωρῶν καὶ δοκιμάζων ποῖον χάρισμα, καὶ πόσον δύναται δέξασθαι ἕκαστος τῶν ἁγίων, καὶ οὕτω παρέχων. Εἶτα, *Καὶ πᾶσιν αὐτοῖς ὀνόματα καλῶν*· ἔθνος γὰρ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοὺς ἁγίους αὐτῆς τοὺς μὲν ἀποστόλους, τοὺς δὲ προφήτας, τοὺς δὲ διδασκάλους· εἶτα δυνάμεις, οἵτινες ὑπάρχουσιν οἱ διάκονοι· εἶτα τοὺς ἐπιτελοῦντας τὰς ἰάσεις· εἶτα ἀναγνώστας· εἶτα τοὺς ἑρμηνεύοντας ἀπὸ τῆσδε τῆς γλώσσης εἰς τήνδε τὰς Γραφάς. Τοῦτο οὖν ἐστι τὸ, πᾶσιν αὐτοῖς ὀνόματα καλῶν.

D

[10] I Petr. II, 5.

Addenda et corrigenda ex cod. Vatic.

(1) Καὶ pro δέ.
(2) Καθὼς εἶπεν ὁ Ἀπόστολος, desunt hæc ultima verba in cod.
(3) Ἰσραὴλ γὰρ ἑρμηνεύεται νοῦς ὁρῶν, etc., αὐτὴν ἀποκαταστήσει.
(3') L., προῄδει. EDIT.

(*a*) Ex hujusmodi autem loquendi ratione, qua hoc loco interpres noster varios sanctorum fidelium ordines in B. Pauli Epistolis expressos refert, quisque rerum ecclesiasticarum peritus ejus vetustatem conjicere potest, tum etiam ex iis quæ in explicatione vers. 12, psal. XXVI, leguntur : nempe baptisterium fuisse locum occultum in ecclesia. Nam primis Ecclesiæ sæculis et in ipsa urbe Alexandria baptisterium

Digitized by Google

9. Μέγας (a) ὁ Κύριος ἡμῶν,
10. Καὶ μεγάλη ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ,
11. Καὶ τῆς συνέσεως αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἀριθμός.
12. Ἀναλαμβάνων πραεῖς ὁ Κύριος·
13. Ταπεινῶν δὲ ἁμαρτωλοὺς ἕως τῆς γῆς.
14. Ἐξάρξατε τῷ Κυρίῳ ἐν ἐξομολογήσει·
15. Ψάλατε τῷ Θεῷ ἡμῶν ἐν κιθάρᾳ.
16. Τῷ περιβάλλοντι τὸν οὐρανὸν ἐν νεφέλαις,
17. Τῷ ἑτοιμάζοντι τῇ γῇ ὑετόν.
18. Τῷ ἐξανατέλλοντι ἐν ὄρεσι χόρτον,
19. Καὶ χλόην τῇ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων.
20. Διδόντι τοῖς κτήνεσι τροφὴν αὐτῶν,
21. Καὶ τοῖς νεοσσοῖς τῶν κοράκων τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτόν.

A

9. Magnus Dominus noster,
10. Et magna virtus ejus,
11. Et sapientiæ ejus non est numerus.
12. Suscipiens mansuetos Dominus :
13. Humilians autem peccatores usque ad terram.
14. Præcinite Domino in confessione :
15. Psallite Deo nostro in cithara.
16. Qui operit cœlum nubibus,
17. Et parat terræ pluviam.
18. Qui producit in montibus fenum,
19. Et herbam servituti hominum.
20. Qui dat jumentis escam ipsorum,
21. Et pullis corvorum invocantibus eum.

(a) Vers. 9. Μέγας, etc., usque ad αὐτοῦ. Vers. 10. Καὶ τῆς, etc. Vers. 11. Ἀναλαμβάνων, etc. Vers. 12. Ταπεινῶν, etc., ἕως γῆς, et sic deinceps in cod. vers. recensentur.

ATHANASII INTERPRETATIO.

9, 10. Ὁ διὰ τοῦ θανάτου αὐτοῦ καταργήσας τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τουτέστι τὸν διάβολον.

B

9, 10. Qui per mortem suam profligavit eum, qui mortis imperium habebat, hoc est diabolum.

11. Ὦ *βάθος πλούτου, καὶ σοφίας, καὶ γνώσεως Θεοῦ! ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ! Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου; ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο;* σὺν τῷ Πατρὶ γὰρ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι βουλευσάμενος, θανατωθεὶς ἐζωοποίησε τοὺς νεκρούς.

11. *O altitudo divitiarum, et sapientiæ, et scientiæ Dei! quam imperscrutabilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus! Quis enim novit mentem Domini, et quis consiliarius ejus fuit*[11]? Nam cum Patre et cum Spiritu sancto inito consilio, mortui traditus mortuos vivificavit.

12. Προσκαλεῖται πρὸς ἑαυτὸν τοὺς μὴ ἀνθισταμένους τοῖς προστάγμασιν αὐτοῦ.

12. Advocat ad se ipsum non adversantes præceptis suis.

13. Παραδοὺς δὲ τὸν διάβολον τηρεῖσθαι, καὶ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, καὶ τοὺς πειθομένους αὐτοῖς ἐν τοῖς κατωτάτοις τῆς γῆς.

13. Tradidit autem diabolum, et angelos ejus, et obedientes ipsis, ut custodirentur in inferioribus terræ.

14. Διανοίξατε τὰς καρδίας ὑμῶν τῷ Κυρίῳ, ἐξομολογούμενοι αὐτῷ.

14. Aperite corda vestra Domino, confitentes ipsi.

15. Νεκρώσαντες τὰ μέλη ὑμῶν, δοξάσατε αὐτὸν ἐν αὐτοῖς.

C

15. Mortificantes membra vestra, glorificate eum in ipsis.

16. Τῷ σκέποντι τὸν χορὸν τῶν ἁγίων αὐτοῦ ἐν τοῖς χαρίσμασιν τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου. Καὶ ἄλλως δὴ λέξωμεν· Τὸν πληροῦντα τὸν παράδεισον τῶν ἁγίων αὐτοῦ.

16. Qui protegit chorum sanctorum ejus in donis Spiritus sancti. Et aliter quidem explicabimus, dicendo : Qui implet paradisum sanctis suis.

17. Τῷ εὐτρεπίζοντι τὸ κήρυγμα αὐτοῦ τῇ οἰκουμένῃ. Ὅμως καὶ ἄλλως λέξωμεν· Τῷ ἑτοίμως παρέχοντι καρδίᾳ πιστῇ τὴν χάριν αὐτοῦ.

17. Qui præparat prædicationem suam universæ terræ. Verumtamen et aliter explicando dicemus : Qui prompte exhibet cordi fideli gratiam suam.

18. (1) Τὰ ἄνθη τῶν χαρισμάτων αὐτοῦ ἐν τοῖς ἔθνεσιν.

18. Flores ejus charismatum in gentibus.

19. Καὶ τὰ λόγια αὐτοῦ εἰς ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς καὶ τοῖς μέλεσι τῶν ἀνθρώπων.

19. Et eloquia ejus in requiem animis et membris hominum.

20. Διδόντι τοῖς ἀσυνέτοις σύνεσιν τοῦ μεταλαμβάνειν τῶν προσταγμάτων αὐτοῦ τῶν ζωοποιούντων αὐτούς.

D

20. Qui dat insipientibus intellectum ad comprehendenda ejus præcepta, quibus vivificantur.

21. Καὶ τοῖς τῶν μεμελανωμένων καὶ ἀκαθάρτων ἐθνῶν τέκνοις διδοὺς τροφὴν τὴν χάριν αὐτοῦ, τοῖς διὰ τῆς πίστεως ἀναβοῶσι πρὸς αὐτόν.

21. Et filiis gentium, quæ denigratæ et immundæ sunt, clamantibus ad eum per fidem in cibum gratiam suam præbet.

[11] Rom. xi, 33.

Addenda et corrigenda ex cod. Vatic.

(1) N. 17. Τῷ ἐξανατέλλοντι τὰ ἄνθη, etc. N. 18. Καὶ τὰ λόγια, etc. N. 19. Διδόντι, etc., τοῦ μεταλαβεῖν, etc. N. 20. Καὶ τῶν μεμελανωμένων, etc. N. 21. Οὐκ ἐν, etc. N. 22. Οὐδὲ τῷ, etc. N. 23. Ἀλλ' ἐν κ. σ. καὶ τεταπεινωμένῃ, etc. εὐδοκεῖ κατοικεῖν. N. 24. Καὶ ἐν τ. μ. π. ἐφ' ἑ. ὁ. εἰ. δίκαιοι· ἐλπίζοντας (leg. ἐλπίζουσιν) δὲ, ὅτι διὰ τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ, etc.

fuisse locum ab ecclesia sejunctum et ecclesiam adeuntibus absconditum declarant potissimum ea, quæ de cæde Proterii episcopi Alexandrini ab Evagrio et Liberato diacono, aliisque tradita sunt. Sæculo autem sexto certum est, baptisteria in propatulo et in narthece ecclesiæ ædificata fuisse.

Digitized by Google

22. Non in fortitudine equi voluntatem habebit : A
23. Nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.
24. Beneplacitum est Domino super timentes eum,
25. Et in eis qui sperant super misericordia ejus.

22. Οὐκ ἐν τῇ δυναστείᾳ τοῦ ἵππου θελήσει·
23. Οὐδὲ ἐν ταῖς κνήμαις τοῦ ἀνδρὸς εὐδοκιεῖ.
24. Εὐδοκεῖ Κύριος ἐν τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν,
25. Καὶ ἐν (a) τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

Alleluia. Aggæi et Zachariæ. PSAL. CXLVII.

1. Lauda, Hierusalem, Dominum,
2. Lauda Deum tuum, Sion.
3. Quoniam confortavit seras portarum tuarum :
4. Benedixit filiis tuis in te.
5. Qui posuit fines tuos pacem,
6. Et adipe frumenti satiat te.

Ἀλληλούϊα. Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου. ΨΑΛ. ΡΜΖ'.

1. Ἐπαίνει, Ἰερουσαλὴμ, τὸν Κύριον,
2. Αἶνει τὸν Θεόν σου, Σιών.
3. Ὅτι ἐνίσχυσε τοὺς μοχλοὺς τῶν πυλῶν σου·
4. Εὐλόγησε τοὺς υἱούς σου ἐν σοί.
5. Ὁ τιθεὶς τὰ ὅριά σου εἰρήνην,
6. Καὶ στέαρ πυροῦ ἐμπιπλῶν σε.

(a) Vers. 24. in cod. Καὶ ἐν πᾶσι τοῖς, etc.

ATHANASII INTERPRETATIO.

22. Non in fortitudine insipientis voluntatem habebit, ut inhabitet gratia sua. B
23. Neque magnitudine, et corde cujusque delectatur.
24. Sed in corde contrito et humiliato a timore suo beneplacitum est ei, et inhabitat.
25. Et non in eis, qui confidunt in se ipsis quod sint justi ; sed in eis qui sperant, quod ob ejus bonitatem digni fient misericordia.

22. Οὐκ ἐν τῇ δυναστείᾳ τοῦ ἀσυνέτου θελήσει ἐνοικῆσαι τὴν χάριν αὐτοῦ.
23. Οὐδὲ τῷ μεγέθει, καὶ τῇ καρδίᾳ ἑκάστου τέρπεται
24. Ἀλλ' ἐν καρδίᾳ συντετριμμένῃ, τεταπεινωμένῃ ὑπὸ τοῦ φόβου αὐτοῦ εὐδοκεῖ, καὶ κατοικεῖ.
25. Καὶ ἐν τοῖς μὴ πεποιθόσιν ἐν ἑαυτοῖς, ὅτι εἰσὶ δίκαιοι ἐλπίζοντας· διὸ καὶ [ἀλλ' ἐν τοῖς ἐλπίζουσιν, ὅτι καὶ] διὰ τὴν ἀγαθότητα αὐτοῦ ἀξιωθήσονται ἐλέους.

Ἡ προκειμένη ἐπιγραφὴ περιέχει (1)· *Ἀλληλούϊα, Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου*, ὡς προείρηκα, καὶ πάλιν λέγω, *ἀλληλούϊα* ἑρμηνεύεται *αἰνεῖτε τὸν Θεόν*· *Ἀγγαίου* δὲ ἑρμηνεύεται *νίκη λέοντος* Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, ἣν ἐποιήσατο διὰ τῆς παρουσίας καὶ τῶν παθημάτων αὐτοῦ.

Titulus præpositus continet : *Alleluia, Aggæi et Zachariæ :* ut dixi, et rursus dico, *alleluia* interpretatur *laudate Deum : Aggæus* autem interpretatur *victoria Leonis* Jesu Domini nostri, quam retulit adventu et passione sua.

1. Visio pacis glorifica Dominum, hoc est Ecclesia ex gentibus, in qua visa est, et videtur pax totius mundi Dominus noster Jesus : *Hierusalem* enim interpretatur *visio pacis.* C

2. Lauda Deum tuum, Ecclesia ipsius, in qua est sanctuarium gratiæ ejus : *Sion* enim interpretatur *locus ubi tabernaculum.*

3. Quoniam corroboravit potentiam apostolorum, per quos omnes ingrediuntur ad te.

4. Sanctificavit eos in ventre suo, hoc est in lavacro.

5. Portæ enim inferi non prævalebunt adversus te [12].

6. Et adipe supercœlestis frumenti satiat te, quod moritur in terra, et germinare facit spicas D suas in toto mundo [13].

1. Ὅρασις τῆς εἰρήνης, δόξασον τὸν Κύριον, τουτέστιν ἡ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία, ἐν ᾗ ἐωράθη, καὶ ὁρᾶται εἰρήνη (2) τοῦ παντὸς κόσμου ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς· *Ἱερουσαλὴμ* γὰρ ἑρμηνεύεται *ὅρασις εἰρήνης.*

2. Αἶνει τὸν Θεόν σου, ἡ αὐτοῦ (3) Ἐκκλησία, ἵνα τὸ ἁγίασμα τῆς χάριτος αὐτοῦ ἐστι· *Σιὼν* γὰρ ἑρμηνεύεται *τόπος ὅπου ἡ σκηνή.*

3. Ὅτι ἐνεδυνάμωσε τὰς δυναστείας τῶν ἀποστόλων, δι' ὧν πάντες εἰσέρχονται πρὸς σέ.

4. Ἡγίασεν αὐτοὺς ἐν τῇ γαστρί σου, τουτέστιν ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ.

5. Πύλαι γὰρ ᾅδου οὐ κατασχύσουσί σε (4).

6. Καὶ τὸ στέαρ τοῦ ἐπουρανίου σίτου ἐμπιπλῶν σε, τοῦ ἀποθανόντος ἐν τῇ γῇ, καὶ (5) ἀνατείλαντος τοὺς στάχυας αὐτοῦ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ.

[12] Matth. xvi, 18. [13] Joan. xii, 24, 25.

Addenda et corrigenda ex cod. Vatic.

(1) Ἡ διὰ τῆς κινναβάρεως περιέχει, etc., ὡς προειρηκαμεν, etc., αἰνεῖτε, ὑμνεῖτε τὸν ὄντα Θεόν. Ἀγγαίου δὲ ἑρμηνεύεται ἑορτάζοντος· Ζαχαρίου δὲ ἑρμηνεύεται νίκη λέοντος, etc.

(2) Ἡ εἰρήνη, etc.
(3) Αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία, etc.
(4) Κατισχύσουσί σου.
(5) Εἰς τὴν γῆν, καί, etc.

Digitized by Google

7. Ὁ ἀποστέλλων τὸ λόγιον αὐτοῦ τῇ γῇ·
8. Ἕως τάχους δραμεῖται ὁ λόγος αὐτοῦ.
9. Διδόντος χιόνα αὐτοῦ ὡσεὶ ἔριον·
10. Ὁμίχλην ὡσεὶ σποδὸν πάσσοντος.
11. Βάλλοντος κρύσταλλον αὐτοῦ ὡσεὶ ψωμούς·
12. Κατὰ πρόσωπον ψύχους αὐτοῦ τίς ὑποστήσεται;
13. Ἐξαποστελεῖ τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ τήξει αὐτά·
14. Πνεύσει τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ ῥυήσεται ὕδατα.
15. Ὁ ἀπαγγέλλων τὸ λόγιον αὐτοῦ τῷ Ἰακὼβ,
16. Δικαιώματα καὶ κρίματα αὐτοῦ τῷ Ἰσραήλ.
17. Οὐκ ἐποίησεν οὕτω παντὶ ἔθνει.
18. Καὶ τὰ κρίματα αὐτοῦ οὐκ ἐδήλωσεν αὐτοῖς.

A

7. Qui emittit eloquium suum terræ :
8. Velociter currit sermo ejus.
9. Qui dat nivem sicut lanam :
10. Nebulam sicut cinerem spargit.
11. Mittit crystallum suum sicut buccellas :
12. Ante faciem frigoris ejus quis sustinebit?
13. Emittet eloquium suum, et liquefaciet ea :
14. Flabit spiritus ejus, et fluent aquæ.
15. Qui annuntiat verbum suum Jacob :
16. Justitias et judicia sua Israel.
17. Non fecit taliter omni nationi.
18. Et judicia sua non manifestavit eis.

ATHANASII INTERPRETATIO.

7, 8. (1) Ὁ ἀποστέλλων τὸ κήρυγμα αὐτοῦ διὰ τῶν προφητῶν τῆς συναγωγῆς τῇ γηίνῃ [τῇ γῇ], ἕως, τοῦ κόσμου τοῦ ἐν τάχει παριόντος, κηρυχθήσεται ὁ λόγος αὐτοῦ.

B

7, 8. Qui emittit prædicationem suam terræ, per prophetas synagogæ, donec, mundo celeriter pertranseunte, prædicabitur sermo ejus.

9. Τὸ καθαρὸν (2) τοῦ λόγου λέγει καὶ ἁπαλὸν τοῖς βουλομένοις, καὶ ὅτιπερ τοῖς ἐπιμελῶς ἐργαζομένοις λόγον γίνεται, ὡς ἀπὸ ἐρέας, περιβόλαιον τῇ ψυχῇ.

9. Puritatem sermonis ejus significat, et facilitatem volentibus, et quod diligenter operantibus sermonem fit animæ eorum, veluti operimentum ex lana.

10. Τὸ λεπτότατον καὶ δυσνόητον ἐν τοῖς λόγοις αὐτοῦ ἐγκείμενον δηλοῖ· ὅτιπερ τὰ πλησίον ὄντα τοῦ ἀναγινώσκοντος λόγια οὐ συγχωρεῖται ἡ διάνοια αὐτοῦ καθορᾶν διὰ τὴν οὖσαν ἐν ἑαυτοῖς (2') λεπτότητα, ὥσπερ ὁμίχλης ἐπικειμένης ἐν αὐτοῖς· χρεία οὖν ἵνα ἀνατείλῃ ἐν τῇ διανοίᾳ ἥλιος δικαιοσύνης, καὶ παραγάγῃ (3) τὴν ἐπικειμένην ὁμίχλην, ἵν' οὕτω δυνηθῇ καθαρῷ τῷ ὄμματι τῆς καρδίας ἰδεῖν ὁ ἀναγινώσκων τὸν ἐγκείμενον νοῦν.

C

10. Subtilitatem, et intelligendi difficultatem, quæ in sermonibus ejus est, significat : quoniam cum prope legentem sint eloquia, non conceditur menti ipsius ea introspicere propter eorum subtilitatem, perinde ac si nebula ea obtegeret; opus est igitur, ut in mente exoriatur sol justitiæ, et abigat incubantem nebulam, ut ita possit lector puro cordis oculo videre sensum latentem.

11. Τὸ σκληρὸν τοῦ λόγου αὐτοῦ καὶ τηλαυγὲς, ὥσπερ τὸ κρύσταλλον· σημαίνει δὲ (4) καὶ τὸ ζωοποιοῦν αὐτοῦ, ὥσπερ ὁ ψωμός.

11. Durum, ac dilucidum esse sermonem ejus, sicut crystallum : significat autem etiam vivificum esse, veluti buccellam.

12. Τὸ φρικῶδες καὶ φοβερὸν τοῦ νόμου (5) ἐδήλωσεν, ὡς νομίζω.

12. Ostendere voluit, ut puto, timendum ac tremendum esse sermonem ejus.

13. Ἐξαποστελεῖ τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης, καὶ διαλύσει αὐτὰ, ἑρμηνεύων ἡμῖν τὰ σκληρὰ καὶ δυσνόητα τοῦ νόμου (6).

13. Emittet Filium suum unigenitum solem justitiæ, et dissolvet ea (hoc est eloquia interpretans nobis obscura et difficilia legis).

14. Ἐπιφοιτήσει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον αὐτοῦ ἐν τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ῥεύσουσιν ἐκ τῆς κοιλίας αὐτῶν ποταμοὶ ὕδατος ζῶντος.

14. Adveniet Spiritus sanctus ejus in homines, et fluent ex ipsorum ventre flumina aquæ vivæ [14].

15. Ὁ φανερῶν τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τῷ λαῷ τῷ ἐσχάτῳ. Ἰακὼβ γὰρ ἑρμηνεύεται *κρατῶν ἔσχατα*.

15. Qui manifestat Filium suum populo novissimo. *Jacob* enim interpretatur *tenens extrema*.

D

16. Καὶ τὰ προστάγματα αὐτοῦ φανερῶν τοῖς ὁρῶσιν αὐτὸν τῇ διανοίᾳ.

16. Et præcepta sua manifestat iis, qui mente eum vident.

17. Ἕως γὰρ τῆς παρουσίας αὐτοῦ οὐκ ἐποίησεν οὕτω παντὶ ἔθνει, τὸ (7) τὸν λόγον αὐτοῦ ἀκοῦσαι ἐκ στόματός μου.

17. Usque enim ad adventum ejus nulli genti ita fecit, ut verbum suum ex ore ejus audirent.

18. Καὶ οὕτω τὰ κρίματα αὐτοῦ οὐκ ἐδήλωσεν, ὡς τοῖς ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν πιστεύσασιν εἰς αὐτόν.

18. Neque ita judicia sua manifestavit, ut in ultimis diebus credentibus in eum.

[14] Joan. VII, 38, 39.

Addenda et corrigenda ex cod. Vatic.

(1) N. 7. Ὁ ἀποστέλλων, etc., προφητῶν τῇ συναγωγῇ τῇ γηίνῃ. N. 8. Ἕως τοῦ κόσμου ἐν τάχει, etc.
(2) Τὸ ἀκάθαρτον, leg. tamen vid. καθαρόν.
(2') L., αὐτοῖς. Edit.
(3) Παραγαγεῖν, etc., καοδίας ἐπιδεῖν, etc.
(4) Δέ deest.
(5) Τοῦ νόμου ἐδήλωσεν, ὡς λογίζομαι. — Λόγου in marg. cod. Barberin.
(6) Βίου.
(7) Τῷ τόν, etc., στόματος αὐτοῦ.

Digitized by Google

Alleluia. Aggæi et Zachariæ. PSAL. CXLVIII.

1. Laudate Dominum de cœlis :
2. Laudate eum in excelsis.
3. Laudate eum, omnes angeli ejus.
4. Laudate eum, omnes virtutes ejus.
5. Laudate eum, sol et luna :
6. Laudate eum, omnes stellæ et lumen.
7. Laudate eum, cœli cœlorum,

Ἀλληλούϊα. Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου. ΨΑΛ. ΡΜΗ'.

1. Αἰνεῖτε τὸν Κύριον ἐκ τῶν οὐρανῶν·
2. Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τοῖς ὑψίστοις.
3. Αἰνεῖτε αὐτὸν, πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ.
4. Αἰνεῖτε αὐτὸν, πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ·
5. Αἰνεῖτε αὐτὸν, ἥλιος καὶ σελήνη·
6. Αἰνεῖτε αὐτὸν, πάντα τὰ ἄστρα καὶ τὸ φῶς.
7. Αἰνεῖτε αὐτὸν, οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν,

www.libtool.com.cn

ATHANASII INTERPRETATIO.

Ἡ προκειμένη ἐπιγραφὴ περιέχει (1)· Ἀλληλούϊα, Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου· εἴρηκα δὲ πολλάκις, ὅτι τὸ *ἀλληλούϊα* ἑρμηνεύεται *αἰνεῖτε τὸν Θεόν*· Ἀγγαίου δὲ ἑρμηνεύεται *ἑορτάζοντος*· Ζαχαρίου δὲ ἑρμηνεύεται *μνησκομένη* [*μνημονευομένου*] *Κυρίου*, καὶ πάλιν *νίκη τοῦ λέοντος*. Οὐκοῦν αἶνος Θεῷ τῶν ἑορταζόντων τὴν μνήμην καὶ τὴν νίκην τοῦ λεοντος, τουτέστι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν παρουσίαν καὶ τὸ πάθος.

Titulus præpositus continet : *Alleluia, Aggæi et Zachariæ :* sæpius autem dixi quod *alleluia* interpretatur, *laudate Deum : Aggæi* autem interpretatur, *festum agentis : Zachariæ* autem interpretatur, *qui memor est Domini* atque etiam *victoria leonis*. Laus igitur Deo eorum qui festum agunt, recolentes memoriam et victoriam leonis, hoc est, adventum et passionem Domini nostri Jesu Christi.

1-4. Cum enim natus est Deus in terra propter nostram salutem, clamaverunt de cœlis, et ex excelsis omnes cœlestes exercitus : *Gloria in altissimis Deo, et in terra pax, in hominibus beneplacitum*[15]; similiter etiam quotidie laudant eum : quod autem dicit nunc Propheta manifeste e Scriptura demonstratum est. Nimirum hic nobis indicavit glorificationem factam in ejus adventu a cœlesti exercitu, quemadmodum scriptum est.

1-4. Ἡνίκα γὰρ ἐτέχθη ἐπὶ τῆς γῆς διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ὁ Θεὸς (2), ἀνεβόησαν ἐκ τῶν οὐρανῶν καὶ ἐκ τῶν ὑψίστων πᾶσαι αἱ οὐράνιαι στρατιαί· *Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία*· ὁμοίως καὶ καθ' ἑκάστην ἀνυμνοῦσιν αὐτόν. Ὃ δὲ λέγει νῦν ὁ προφήτης, σαφῶς ἀπὸ τῆς Γραφῆς ἀποδέδεικται· ὅτι τὴν γενομένην ὑπὸ τῆς οὐρανίου στρατιᾶς δοξολογίαν ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ ἐδήλωσεν ἡμῖν ἐνταῦθα, καθὼς γέγραπται.

5, 6. Sensus quidem proprius manifestus est, quod scilicet ex aspectu, et ex eo quod præstitutum sibi cursum conficiant, gloriam præbent factori suo : *Ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est*[16]. Verumtamen, quod mystice significatur in versibus, de quibus agitur, certe ex titulo seu inscriptione intelligere licet : videlicet laudem, quam in passione sua ei præbuerunt luminaria et lux, indicavit nobis : cum enim confixus est in cruce, tenebris suffusa demonstrarunt, illum esse, qui ea creando effecerat, ut lux essent.

5, 6. Τὸ μὲν εἰδικὸν δῆλόν ἐστιν, ὅτι διὰ τῆς θέας, καὶ τοῦ τελεῖν αὐτὰ τὸν προσταχθέντα αὐτοῖς δρόμον, δοξάζουσιν αὐτὸν τὸν ποιήσαντα τὰ αὐτά (3)· *Ὅπως ἴδωσιν ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα, καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς*. Ὅμως τὸ εἰρημένον ἐπὶ τοῦ προκειμένου, ὡς ἀπὸ τῆς ἐπιγραφῆς ἔστι συνιδεῖν, ὅτι τὴν ἐν τῷ πάθει αὐτοῦ γενομένην αἴνεσιν ὑπὸ τῶν φωστήρων καὶ τοῦ φωτὸς ἐδήλωσεν ἡμῖν· ἡνίκα γὰρ ὑπῆρχε πεπηγὼς ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, σκοτισθέντα ἀπέδειξαν ἐκεῖνον τὸν τὴν ὑπόστασιν τοῦ εἶναι αὐτὰ φῶς δημιουργήσαντα.

7. Manifeste etiam cœli cœlorum laudaverunt eum, inclinantes quidem se ipsi ejus virtuti in ejus ad nos adventu, et rursus se ipsi aperientes, cum a nobis reversus est, unde descendens inseparabilis manserat. Verumtamen aliam quoque mysticam explicationem de hoc versu adducam tibi, charissime. Nam : *Laudate eum, cœli cœlorum :* hoc est, apostoli omnibus sanctis sublimiores, laudate eum prædicatione vestra.

7. Σαφῶς καὶ οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν ᾔνεσαν (4) αὐτὸν, κλίναντες μὲν ἑαυτοὺς τῇ αὐτοῦ δυνάμει ἐν τῇ πρὸς ἡμᾶς ἐπιδημίᾳ, ἀνεῳγότες δὲ πάλιν αὐτῷ, ὅταν ἀφ' ἡμῶν ἀνῇει, ὅθεν κατελθὼν ἀχώριστος ἔμεινεν. Ὅμως δὲ καὶ ἄλλην σοι παραγάγω θεωρίαν περὶ τούτου, ἀγαπητέ· *Αἰνεῖτε γὰρ αὐτὸν, οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν*· τουτέστιν, οἱ ἀπόστολοι οἱ ὑψηλότεροι πάντων τῶν ἁγίων, αἰνέσατε αὐτὸν διὰ τοῦ κηρύγματος ὑμῶν.

[15] Luc. II, 14. [16] Matth. V, 16.

Addenda et corrigenda ex cod. Vatic.

(1) Ἡ διὰ τῆς κινναβάρεως περιέχει, etc. Εἰρήκαμεν δὲ πολλάκις, etc., αἰνεῖτε τὸν ὄντα Θεόν. Ἀγγαίου δὲ ἑρμηνεύεται μνησκομένου Κυρίου, καὶ πάλιν, etc., sed mel. alt. lect., ἑορτάζοντος, etc.

(2) Ὁ Θεὸς αὐτῶν, etc., καὶ ἐν τοῖς ὑψίστοις πᾶσαι, etc., ὅμως καὶ καθ' ἑκάστην ἀπαύστως ἀνυμνοῦσιν, etc., καθὼς προγέγραπται.

(3) Ποιήσαντα αὐτὰ, ὡς που περὶ τῶν ἀνθρώπων εἴρηται, ὅπως ἴδωσιν, etc., καὶ δοξάσουσιν, etc., ἔστιν ὑμῖν ἰδεῖν, ὅτι, etc., ἀπέδειξεν ἐκεῖνον, etc., τοῦ εἶναι σαφῶς δημιουργήσαντα.

(4) Διήνεσαν αὐτόν, etc. Ὅμως καὶ ἄλλην σοι παράγω θεωρίαν περὶ τούτου, ὦ ἀγαπητέ, etc.

Digitized by Google

8. Καὶ τὸ ὕδωρ τὸ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν,
9. Αἰνεσάτωσαν τὸ ὄνομα Κυρίου·
10. Ὅτι αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν·
11. Αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν.
12. Ἔστησεν αὐτὰ εἰς τὸν αἰῶνα,
13. Καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος·
14. Πρόσταγμα ἔθετο, καὶ οὐ παρελεύσεται.
15. Αἰνεῖτε τὸν Κύριον ἐκ τῆς γῆς,
16. Δράκοντες καὶ πᾶσαι ἄβυσσοι.

A

8. Et aqua quæ super cœlos,
9. Laudent nomen Domini :
10. Quia ipse dixit, et facta sunt :
11. Ipse mandavit, et creata sunt.
12. Statuit ea in æternum,
13. Et in sæculum sæculi :
14. Præceptum posuit, et non præteribit.
15. Laudate Dominum de terra,
16. Dracones et omnes abyssi.

www.libtool.com.cn

ATHANASII INTERPRETATIO.

8, 9. Τὸ μὲν ὕδωρ τὸ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν ἤνεσεν αὐτὸν ἐπὶ τοῦ Νῶε, σαφῶς ἀποδεῖξαν τὴν δύναμιν τοῦ Δημιουργοῦ, ὅτι προστάγματι αὐτοῦ καὶ καταβέβηκεν εἰς τὴν γῆν, ὅθεν ἀνήχθη ἐν τῇ κοσμοποιΐᾳ, καὶ πάλιν ἀναβέβηκε μετὰ τὸν κατακλυσμὸν, ὅθεν κατελήλυθεν, τουτέστιν ἐκ τῶν οὐρανῶν· ὅμως τάχα νῦν εὑρήσεις τὸ ὕδωρ τὸ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν [δουλοῦν] τὸ τοῦ βαπτίσματος ὕδωρ, τὸ ὑπὲρ κεφαλῆς μὲν εὑρισκόμενον τῶν οὐρανῶν, ὡσανεὶ τῶν πεπιστευκότων, ἐκχεόμενοι (1) δὲ πάλιν ἑαυτούς [ἐκχεόμενον δὲ ὑπὲρ αὐτούς]· ὡς γὰρ τὸ ὕδωρ τὸ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν κατέκλυσε, καὶ ἀπώλεσε πάντας τοὺς ἐχθροὺς τοῦ Θεοῦ· οὕτω τὸ καὶ τοῦ βαπτίσματος εὑρισκόμενον ὑπεράνω, λέγω δὲ ὑπὲρ κεφαλῆς τῶν πιστευσάντων, κατακλύζει καὶ ἀπόλλυσι τὰς ἐναντίας δυνάμεις· ὡς ἐν τῷ κατακλυσμῷ πεποίηκεν ἐπὶ τοὺς ἀνόμους τὸ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν τὸ ὕδωρ.

B

8, 9. Aqua quidem, quæ super cœlos est laudavit eum sub Noe, manifeste ostendens virtutem Creatoris, quoniam præcepto ejus et descendit in terram, unde assumpta fuerat in mundi creatione; et rursus ascendit post diluvium, unde venerat, hoc est e cœlis; tamen forte nunc invenies aquam quæ supra cœlos est, esse [significare] aquam baptismi, quæ supra caput quidem invenitur cœlorum, hoc est credentium, effusa vero super ipsos. Nam sicut aqua, quæ super cœlos est, submersit, et perdidit omnes Dei inimicos; ita aqua baptismi inventa super, inquam, caput credentium, submergit et perdit contrarias potestates, quemadmodum in diluvio fecit adversus iniquos aqua, quæ super cœlos est.

10. Αὐτὸς γὰρ εἶπεν ἀναγεννηθῆναι αὐτοὺς δι' ὕδατος καὶ Πνεύματος.

C

10. (*a*) Ipse enim dixit eos regenerandos esse per aquam et Spiritum.

11. Αὐτὸς γὰρ ἐνετείλατο τοῖς ἀποστόλοις αὐτοῦ λέγων· *Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος*, καὶ οὕτως ἀνεκαινοποιήθησαν ἐν τῷ βαπτίσματι.

11. Ipse enim præcipit apostolis suis dicens : *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* [16], et ita renovati sunt in baptismo.

12, 13. Δῆλα μέν εἰσι τὰ περὶ τῶν εἰδικῶν· ἡ δὲ προφητεία περὶ ὧν ἡμῖν ὁ λόγος ἐστὶν, δηλοῖ, ὅτι τοὺς ἐν τῷ βαπτίσματι ὁ Κύριος προσέταξε ζῆν ἀτελευτήτως, καθὼς ἐν Εὐαγγελίῳ εἴρηκεν· *Πιστεύων εἰς ἐμὲ, κἂν ἀποθάνῃ, ζήσεται.*

12, 13. Manifesta quidem sunt, quæ ad sensum proprium spectant; prophetia autem earum rerum, de quibus nobis sermo est, significat, quod renatos in baptismo, Dominus constituit, ut vivant in æternum, quemadmodum in Evangelio dixit : *Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet* [16a].

14. Τὴν ἡμέραν τῆς δικαίας ἀνταποδόσεως.

14. Diem justæ retributionis.

15. 16. Αἱ τοῦ ἐχθροῦ δυνάμεις αἱ ἔρπουσαι ἐπὶ τῆς γῆς συντριβεῖσαι ὑπ' αὐτοῦ, καὶ μὴ βουλόμεναι ὁμολογεῖν τῆς ἀϊδίου θεότητος αὐτοῦ αὐθεντίαν τε καὶ δύναμιν βοῶσαι· *Ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοὶ, Ἰησοῦ Χριστὲ Υἱὲ τοῦ Θεοῦ, ἦλθες πρὸ καιροῦ ἀπολέσαι ἡμᾶς;* καὶ ὅπως κριτὴν τοῦ μέλλοντος καὶ μὴ βουλόμεναι ὁμολογεῖν αὐτὸν, καθὰ προείπαμεν.

D

15, 16. Potestates inimici repentes super terram contritæ ab ipso, et nolentes confiteri æternæ divinitatis ejus auctoritatem et virtutem clamantes : *Sine, quid nobis et tibi, Jesu Christe Fili Dei, venisti ante tempus perdere nos* [17]? et tanquam judicem futuri nolentes etiam confiteri ipsum, ut præ-diximus.

[16] Matth. XXVIII, 19. [16a] Joan. XI, 25. [17] Marc. I, 23; Luc. IV, 35.

Addenda et corrigenda ex cod. Vatic.

(1) Ἐκχεόμενον δὲ πάλιν ἐπ' αὐτοὺς, ὡς τὸ ὕδωρ τὸ ὑπεράνω, etc., οὕτως καὶ τὸ τοῦ βαπτίσματος, etc., λέγω δή, etc., ὡς ἐν τῷ κατακλυσμῷ πεποίηκεν, etc.

(*a*) *Comment. a vers.* 10, *usque ad finem desideratur una cum versiculis Psalmi, qui alternatim cum interpretatione, quæ interlinearis est, seu singulis psalmorum versiculis interposita, scripti sunt. Integra enim pagina deest in codice. Sequens autem pagina incipit ab his verbis* commentarii, *seu interpretationis versiculi quinti psalmi sequentis* CXLIX.

Digitized by Google

17. Ignis grando, nix, crystallum, spiritus procellæ,
18. Quæ faciunt verbum ejus,
19. Montes et omnes colles,
20. Ligna fructifera et omnes cedri,
21. Bestiæ et universa pecora,
22. Serpentes et volucres pennatæ,
23. Reges terræ et omnes populi,
24. Principes et omnes judices terræ,
25. Juvenes et virgines,
26. Senes cum junioribus,
27. Laudent nomen Domini :
28. Quia exaltatum est nomen ejus solius.

17. Πῦρ, χάλαζα, χιών, κρύσταλλος, πνεῦμα καταιγίδος,
18. Τὰ ποιοῦντα τὸν λόγον αὐτοῦ,
19. Τὰ ὄρη καὶ πάντες οἱ βουνοὶ,
20. Ξύλα καρποφόρα καὶ πᾶσαι κέδροι,
21. Τὰ θηρία καὶ πάντα τὰ κτήνη,
22. Ἑρπετὰ καὶ πετεινὰ πτερωτὰ,
23. Βασιλεῖς τῆς γῆς καὶ πάντες λαοὶ,
24. Ἄρχοντες καὶ πάντες κριταὶ γῆς,
25. Νεανίσκοι καὶ παρθένοι,
26. Πρεσβύτεροι μετὰ νεωτέρων,
27. Αἰνεσάτωσαν τὸ ὄνομα Κυρίου·
28. Ὅτι ὑψώθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ μόνου.

ATHANASII INTERPRETATIO.

17, 18. Nimirum igni assimilati sunt sancti apostoli comburentes contrarias potestates, quoniam ex igne, qui hæc omnia consumit, constituti sunt, et impleti sunt, hoc est Spiritu sancto. Similiter perinde ac grando sunt iidem apostoli, cadentes enim super serpentes et scorpiones, et omnem inimici potestatem, conculcaverunt eos eorumque potentiam [18] : nix autem etiam sunt propter cordis munditiem ; et crystallum quoque sunt propter eorum claritudinem et fidei firmitatem : itaque ignis, grando, nix, crystallum significant hoc loco apostolos, quemadmodum demonstratum est. Spiritum autem procellæ invenies illum obtemperantem ei in fluctu maris, quando dicebant apostoli : *Quis est hic, quia et venti et mare obediunt ei* [19] ? de quo etiam Propheta dixit in libro Psalmorum [20] : *Et imperavit procellæ, et stetit in aere, et siluerunt fluctus ejus.* Apostoli igitur simul et ventus erant tunc in idipsum ; apostoli quidem spectantes miraculum, ventus autem cedens verbo imperii : ideo subjicit de apostolis et spiritu tempestatis : *Quæ faciunt verbum ejus.*

17, 18. Δηλονότι τῷ πυρὶ ἐοίκασιν οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι, τὰς ἐναντίας δυνάμεις καταφλέγοντες· ἐπειδὴ καὶ ἐκ τοῦ πυρὸς ταῦτα πάντα καταναλίσκοντος ἐτάχθησαν, καὶ ἐνεπλήρωθησαν, τουτέστι Πνεύματος ἁγίου. Ὁμοίως καὶ χάλαζα τυγχάνουσιν οἱ αὐτοὶ ἀπόστολοι· ἐμπίπτοντες γὰρ εἰς τοὺς ὄφεας καὶ σκορπίους, καὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ, κατεπάτουν αὐτοὺς, καὶ τὴν αὐτῶν δύναμιν· χιὼν δὲ πάλιν ὑπάρχουσι διὰ τὸ καθαρὸν αὐτῶν τῆς καρδίας, καὶ κρύσταλλός εἰσι διὰ τὸ τηλαυγὲς αὐτῶν, καὶ ἰσχυρὸν τῆς πίστεως· οὐκοῦν πῦρ, χάλαζα, χιὼν, κρύσταλλος ὑπάρχουσιν ἐνταῦθα οἱ ἀπόστολοι, καθὼς ἀποδέδεικται. Πνεῦμα δὲ καταιγίδος εὑρήσεις ἐκεῖνο τὸ ὑπακοῦσαν αὐτῷ ἐν τῷ κλύδωνι τῆς θαλάσσης, ὅτε ἔλεγον οἱ ἀπόστολοι· *Τίς ἐστιν οὗτος, ὅτι καὶ ἄνεμοι, καὶ ἡ θάλασσα ὑπακούουσιν αὐτῷ;* περὶ οὗ καὶ ὁ προφήτης ἔλεγεν ἐν βίβλῳ Ψαλμῶν· *Καὶ ἐπέταξε τῇ καταιγίδι, καὶ ἔστη εἰς αὔραν, καὶ ἐσίγησαν τὰ κύματα αὐτῆς.* Οἱ ἀπόστολοι οὖν ὁμοῦ, καὶ ὁ ἄνεμος ἦν ἐπαναυτὸν [ἐπὶ τὸ αὐτὸ] τότε· οἱ μὲν ἀπόστολοι ἐωρακότες τὸ θαῦμα, ὁ δὲ ἄνεμος καταπτήξας τῷ λόγῳ τοῦ προστάγματος· διὰ γὰρ τοῦτο ἐπάγει περὶ τῶν ἀποστόλων καὶ τοῦ πνεύματος τῆς καταιγίδος· *Τὰ ποιοῦντα τὸν λόγον αὐτοῦ.*

19, 20. Sublimes præceptis, et humiles corde facientes fructum justitiæ, et incorrupti permanentes.

19, 20. Οἱ ὑψηλοὶ ταῖς ἐντολαῖς, καὶ ταπεινοὶ τῇ καρδίᾳ, ποιοῦντες καρπὸν δικαιοσύνης, καὶ ἄσηπτοι διαμένοντες.

21. In eremis viventes, et mansueti corde.

21. Ἐν ταῖς ἐρήμοις διαιτώμενοι, καὶ πραεῖς τῇ καρδίᾳ.

22. Corpora et animæ sanctorum.

22. Τὰ σώματα καὶ αἱ ψυχαὶ των ἁγίων.

23. Episcopi, et omnes populi credentes.

23. Οἱ ἐπίσκοποι, καὶ πάντες λαοὶ οἱ πιστεύοντες.

24. Presbyteri, et qui mundo renuntiarunt.

24. Οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ τῷ κόσμῳ ἀποταξάμενοι.

25. Qui malo resistunt, et mundi sunt corde.

25. Οἱ ἀνθιστάμενοι τῷ πονηρῷ, καὶ ἁγνὴν ἔχοντες τὴν καρδίαν.

26. Qui ante speraverunt in Christo, et cognitione perfecta aguntur, et florent in fide.

26. Οἱ προηλπικότες ἐν τῷ Χριστῷ, καὶ τῇ γνώσει τελείως φερόμενοι, καὶ οἱ ἀνθοῦντες περὶ τὴν πίστιν.

27. Unanimiter omnes uno ore et uno corde laudabunt nomen Domini.

27. Ὁμοθυμαδὸν ἐν ἑνὶ στόματι, καὶ μιᾷ καρδίᾳ ἀνυμνήσουσι τὸ ὄνομα Κυρίου πάντες.

28. Quoniam nomen ejus demonstratum est omnium dominans.

28. Ὅτι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἀπεδείχθη κυριεῦον πάντων.

[18] Luc. x, 19. [19] Matth. viii, 27. [20] Psal. cvi, 29.

Digitized by Google

29. Ἡ ἐξομολόγησις αὐτοῦ ἐπὶ γῆς καὶ οὐρανοῦ, A
30. Καὶ ὑψώσει κέρας λαοῦ αὐτοῦ.
31. Ὕμνος πᾶσι τοῖς ὁσίοις αὐτοῦ,
32. Τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, λαῷ ἐγγίζοντι αὐτῷ.

29. Confessio ejus super terram et cœlum,
30. Et exaltabit cornu populi sui.
31. Hymnus omnibus sanctis ejus,
32. Filiis Israel, populo appropinquanti sibi.

Ἀλληλούια. ΨΑΛ. ΡΜΘ'.

1. Ἄσατε τῷ Κυρίῳ ᾆσμα καινόν·
2. Ἡ αἴνεσις αὐτοῦ ἐν ἐκκλησίᾳ ὁσίων.
3. Εὐφρανθήτω Ἰσραὴλ ἐπὶ τῷ ποιήσαντι αὐτὸν,
4. Καὶ υἱοὶ Σιὼν ἀγαλλιάσθωσαν ἐπὶ τῷ βασιλεῖ αὐτῶν.
5. Αἰνεσάτωσαν τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν χορῷ,

Alleluia. PSAL. CXLIX.

1. Cantate Domino canticum novum :
2. Laus ejus in ecclesia sanctorum.
3. Lætetur Israel in eo, qui fecit eum,
4. Et filii Sion exsultent in rege suo.
5. Laudent nomen ejus in choro,

ATHANASII INTERPRETATIO.

29. Καὶ ἐπὶ γῆς γὰρ ὄντες αὐτῷ ἐξομολογούμεθα B τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ πάλιν ἐν οὐρανῷ πάντας ἡμᾶς δεῖ παραστῆναι τῷ βήματι αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ, καθὼς εἶπεν ὁ Ἀπόστολος.

30. Καὶ τὴν βασιλείαν τοῦ λαοῦ ἀτελεύτητον ποιήσει.

31. Ἔπαινος πᾶσι τοῖς ὁσίοις.

32. Τοῖς υἱοῖς τῶν ἁγίων ἀποστόλων, τῶν ὁρώντων αὐτὸν τῇ διανοίᾳ· τοῦτο γὰρ ἑρμηνεύεται *Ἰσραὴλ, ἀνὴρ ὁρῶν Θεόν.*

29. Nam et in terra exsistentes peccata nostra ipsi confitemur, et rursus in cœlo omnes nos oportet stare ante tribunal ipsius Christi, quemadmodum dixit Apostolus [21].

30. Et regnum populi efficiet sempiternum.

31. Laus omnibus sanctis.

32. Filiis sanctorum apostolorum videntium eum mente ; ita enim interpretatur *Israel, vir videns Deum.*

Ἡ προκειμένη ἐπιγραφὴ περιέχει· *Ἀλληλούια*, ὅπερ ἑρμηνεύεται *αἰνέσατε, ὑμνήσατε τὸν ὄντα Θεόν.*

Titulus præpositus continet : *Alleluia*, quod interpretatur *laudate, hymnum dicite Deo vero.*

1. Ὕμνον ἀναπέμψατε τῷ Κυρίῳ καθαρόν· ὅμως C καὶ ἄλλως νοεῖται ὁ αὐτὸς στίχος, ὅτι ὕμνον δόξης εἴπατε τῷ Κυρίῳ ὑπὲρ τοῦ πάθους αὐτοῦ, ὃν οὐδεὶς εἴρηκε τῶν ἔμπροσθεν γενεῶν, εἰ μὴ μόνον ἡμεῖς, οἱ θεασάμενοι καὶ ἀκούσαντες τὸν Θεόν.

2. Ἡ γὰρ αἴνεσις αὐτοῦ λέγεται ἐν ἐκκλησίᾳ ὁσίων, τουτέστιν ἐν συστροφῇ τῶν ἁγίων. Ὅμως καὶ ἄλλως νοεῖται ὁ αὐτὸς στίχος· Ἡ αἴνεσις αὐτοῦ ἐν ταῖς καρδίαις καὶ ἐν τοῖς μέλεσι τῶν ἁγίων· Ὑμεῖς γὰρ, φησὶν ὁ Ἀπόστολος, *ναὸς Θεοῦ ἐστε*· καὶ πάλιν· *Οὐκ οἴδατε, ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν ναός ἐστι τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου Πνεύματος, οὗ ἔχετε ἀπὸ Θεοῦ.*

1. Hymnum mundum emittite Domino : aliter etiam hic versiculus intelligi potest, scilicet, hymnum gloriæ dicite Domino de passione ejus, quem nulla dixit præteritarum generationum nisi solum nos, qui vidimus et audivimus Deum.

2. Laus enim ejus dicitur in ecclesia sanctorum, hoc est in congregatione sanctorum. Verumtamen aliter etiam interpretari potest idem versus : nempe, laus ejus in cordibus et in membris sanctorum : Vos enim, inquit Apostolus, *templum Dei estis* [22] ; et rursus : *An nescitis, quoniam corpora vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis a Deo* [23] ?

3. Εὐφρανθήτω ὁ λαὸς ὁ πεφωτισμένος τὴν διάνοιαν ἐπὶ τῷ Κυρίῳ τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, καὶ ἐν ἀρχῇ D καὶ ἐν τῷ βαπτίσματι· *Ἰσραὴλ* γὰρ ἑρμηνεύεται, ὡς πολλάκις εἰρήκαμεν, *νοῦς ὁρῶν Θεόν.*

4. Καὶ οἱ υἱοὶ τῆς ἐπουρανίου Ἱερουσαλὴμ πόλεως ἀγαλλιάσθωσαν ἐπὶ τῷ Κυρίῳ Ἰησοῦ τῷ βασιλεῖ αὐτῶν· *Σιὼν* γὰρ ἑρμηνεύεται *τόπος ὅπου ἡ σκηνή.*

5. Αἰνεσάτωσαν αὐτὸν ἐν ὅλῃ καρδίᾳ, καὶ ἐν ὅλοις τοῖς μέλεσιν αὐτῶν· ὡς γὰρ ὁ χορὸς ὑπόκειται ὑπὸ (1) διαφόρων ἀνθρώπων, οὕτω καὶ τὰ μέλη σύγκειται ἐν τῷ ἀνθρώπῳ· ἐν ὅλοις οὖν τοῖς σώμασι καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ αἰνέσατε αὐτὸν δι' ἔργων ἀγαθῶν.

3. Lætetur populus mente illuminatus in Domino, qui fecit eum, et ab initio, et in baptismo. *Israel* enim interpretatur, ut sæpius diximus, *mens videns Deum.*

4. Et filii cœlestis civitatis Hierusalem exsultent in Domino Jesu ipsorum rege : *Sion* enim interpretatur *locus ubi tabernaculum.*

5. Laudent eum in toto corde, et in totis membris suis ; quemadmodum enim chorus componitur a diversis hominibus, ita etiam membra composita sunt in homine : in toto igitur corpore et corde laudate eum per bona opera.

[21] Hebr. x, 14. [22] I Cor. III, 16 ; II Cor. VI, 16. [23] I Cor. VI, 19.

Addenda et corrigenda ex cod. Vatic.

(1) Ὑπὸ διαφόρων ἰδίων κύκλῳ, οὕτω τοῖς σώμασι, καθὰ προείπαμεν, καὶ ἐν τῇ, etc.

Digitized by Google

6. In tympano et psalterio psallant ei.
7. Quia beneplacitum est Domino in populo suo,
8. Et exaltabit mansuetos in salutem.
9. Exsultabunt sancti in gloria :
10. Et lætabuntur in cubilibus suis.
11. Exaltationes [exaltatio] Dei in gutture eorum,
12. Et gladii ancipites in manibus eorum.
13. Ad faciendam vindictam in nationibus,
14. Increpationes in populis.
15. Ad alligandos reges eorum in compedibus,
16. Et nobiles eorum in manicis ferreis.
17. Ut faciant in eis judicium conscriptum .
18. Gloria hæc est omnibus sanctis ejus.

A

6. Ἐν τυμπάνῳ καὶ ψαλτηρίῳ ψαλάτωσαν αὐτῷ.
7. Ὅτι εὐδοκεῖ Κύριος ἐν τῷ λαῷ αὐτοῦ,
8. Καὶ ὑψώσει πραεῖς ἐν σωτηρίᾳ.
9. Καυχήσονται ὅσιοι ἐν δόξῃ·
10. Καὶ ἀγαλλιάσονται ἐπὶ τῶν κοιτῶν αὐτῶν.
11. Αἱ ὑψώσεις [ἡ ὕψωσις] τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ λάρυγγι αὐτῶν,
12. Καὶ ῥομφαῖαι δίστομοι ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν.
13. Τοῦ ποιῆσαι ἐκδίκησιν ἐν τοῖς ἔθνεσιν,
14. Ἐλεγμοὺς ἐν τοῖς λαοῖς.
15. Τοῦ δῆσαι τοὺς βασιλεῖς αὐτῶν ἐν πέδαις,
16. Καὶ τοὺς ἐνδόξους αὐτῶν ἐν χειροπέδαις σιδηραῖς.
17. Τοῦ ποιῆσαι ἐν αὐτοῖς κρῖμα ἔγγραπτον·
18. Δόξα αὕτη ἔσται πᾶσι τοῖς ὁσίοις αὐτοῦ

ATHANASII INTERPRETATIO.

6. Et mortificantes se ipsos, et repleti Spiritu sancto glorificabunt eum.
7. Quia voluntas ejus in ipsis est.
8. Et glorificabit obedientes in præceptis suis in vitam æternam.
9. Gloriabuntur apostoli in ipso Domino et in cruce ipsius, quemadmodum dicit Apostolus : *Qui autem gloriatur in Domino glorietur* [24]; et : *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi* [25].
10. Et exsultabunt in æternis requietibus.
11. Prædicationem divinæ passionis inclamabunt.
12. Veteris et Novi Testamenti sensus in cordibus eorum. Attamen etiam aliter intelligitur : scilicet, dona sancti Spiritus in manibus eorum ; quotquot enim opus habentibus imponebant manus, dabant ipsis Spiritum sanctum, et quotquot infirmis manus imponebant, sanabant eos. Ægritudines enim, hoc est contrarias potestates, mortificabant virtute sancti Spiritus.
13. Ad liberandas gentes a contrariis potestatibus, quæ antea in ipsas dominabantur.
14. Ad redarguendam in populis audaciam, qua contra Deum usi sunt.
15. Ad alligandos dæmones regnantes in illis per peccatum.
16. Principatus et potestates inimici vinculis æternis sub caliginem tradiderunt, ut custodirentur in diem judicii [26].
17, 18. Ut faciant vindictam in populis et gentibus.

B

C

D

6. Καὶ νεκρώσαντες ἑαυτοὺς, καὶ πλησθέντες Πνεύματος ἁγίου ἀνυμνήσουσιν αὐτόν.
7. Ὅτι θέλημα αὐτοῦ ἐν αὐτοῖς ἐστι.
8. Καὶ δοξάσει τοὺς ὑπακούοντας ἐν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ εἰς ζωὴν αἰώνιον.
9. Καυχήσονται οἱ ἀποστόλοι ἐν αὐτῷ τῷ Κυρίῳ, καὶ ἐν τῷ σταυρῷ αὐτοῦ, καθὼς φησιν ὁ Ἀπόστολος· *Ὁ δὲ καυχώμενος ἐν τῷ Κυρίῳ καυχάσθω·* καὶ, *Ἐμοὶ* (1) *δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.*
10. Καὶ ἀγαλλιάσονται εἰς τὰς αἰωνίους ἀναπαύσεις.
11. Τὸ κήρυγμα τῶν παθημάτων τοῦ Θεοῦ ἀναβοῶσ ν.
12. Τῆς Παλαιᾶς καὶ Νέας Διαθήκης τὰ νοήματα ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν. Ὅμως δὲ (2) ἄλλως νοεῖται· [ὅτι] ὧν τὰ χαρίσματα τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν. Ὅσοις γὰρ ἐπέθηκαν τὰς χεῖρας χρείαν ἔχουσιν, ἐδίδουν αὐτοῖς Πνεῦμα ἅγιον· καὶ ὅσοις ἀῤῥώστοις ἐπετίθουν τὰς χεῖρας, ἰῶντο αὐτούς. Τὰ γὰρ πάθη, τουτέστι τὰς ἐναντίας δυνάμεις, ἐθανάτουν τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου Πνεύματος.
13. Τοῦ ἐλευθερῶσαι τὰ ἔθνη ἀπὸ τῶν ἐναντίων δυνάμεων τῶν τὸ πρότερον καταδυναστευόντων αὐτῶν.
14. Τοῦ ἐλέγξαι ἐν τοῖς λαοῖς (3) τὴν τόλμαν αὐτῶν, τὴν κατὰ τοῦ Θεοῦ γεγενημένην.
15. Τοῦ δῆσαι τοὺς δαίμονας τοὺς βασιλεύοντας αὐτῶν διὰ τῆς ἁμαρτίας.
16. Τὰς (4) ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας τοῦ ἐχθροῦ δεσμοῖς ἀϊδίοις ὑπὸ ζόφου παρέδωκαν τηρεῖσθαι εἰς ἡμέραν κρίσεως.
17, 18. Τοῦ ποιεῖν (5) ἐν τοῖς λαοῖς καὶ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐκδίκησιν.

[24] I Cor. I, 31. [25] Galat. VI, 14. [26] Jud. 6.

Addenda et Corrigenda ex cod. Vatic.

(1) Καὶ ἐμοὶ μὴ εἴη καυχᾶσθαι, εἰ μή, etc.; mel. sup.
(2) Ὅμως καὶ ἄλλως νοητέον τὰ χαρίσματα, etc. Ὅσοις γὰρ ἐὰν ἐπέθηκαν, etc. Τὰ γὰρ πάθη ἔκοπτον ὅτ' αὐτῶν, τὰς δὲ ποιούσας τὰ πάθη, τουτέστιν, etc., ἐθανάτουν τοῦ ἁγίου Πνεύματος τῇ δυνάμει.
(3) Ἀσοῖς τῶν Ἰουδαίων, etc.
(4) Καὶ τάς, etc. ὑπὸ ζόφον παρέδωκεν, etc.
(5) Τοῦ ποιῆσσι, etc. ἐκδίκησιν κατὰ τῶν ἐναντίων δυνάμεων.

Digitized by Google

'Αλληλούϊα. ΨΑΛ. ΡΝ'.

1. Αἰνεῖτε τὸν Θεὸν ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ·
2. Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν στερεώματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ.
B ὀνομάζοντας· καὶ λοιπὸν ἀντὶ ἀκροδρύων σμύρναν· καὶ εἰς θάνατον ἄγομαι διὰ σέ. *Κατέβην τοῦ φαγεῖν τοὺς καρποὺς τῶν ἀκροδρύων·* καὶ ἰδοὺ θάνατον τρυγῶ διὰ σέ· σμύρναν τρυγῶ μετὰ ἀρωμάτων. Ἀλλ' εἴθε τρυγήσαντός μου τὴν σμύρναν σωθέντες ἦτε καὶ πεπαυμένοι τῶν κακῶν, καὶ μὴ λεγέτω καθ' ὑμῶν τὸ ἐν τῷ εἰκοστῷ ἐννάτῳ ψαλμῷ λεγόμενον· *Τίς ὠφέλεια ἐν τῷ αἵματί μου ἐν τῷ καταβῆναί με εἰς διαφθοράν;* Κατέβην γὰρ διὰ σὲ, καὶ θάνατον ἐτρύγησα καὶ σμύρναν· ἀλλ' οὐ μόνον τὴν σμύρναν, ἀλλὰ μετὰ ἀρωμάτων. Πῶς δὲ καὶ μετὰ ἀρωμάτων; Ὅτε γὰρ ἐτρύγησα τὴν σμύρναν, τουτέστι τὸν θάνατον· ὅτε ἐτέθη ἐν τῷ μνημείῳ, καὶ ἀνέστησεν τὸ σῶμα ἄφθαρτον, τότε ἐφάνησαν τα ἀρώματα· ἀρώματα δὲ ἦν ἡ ἀφθαρσία τοῦ σώματος.

7. Quapropter pulchre sic loquitur: *Myrrham meam messui cum aromatibus meis: comedi panem meum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo* [75]. Viden' Verbum ad omnem ætatem emissum? Quod Judæis quidem utpote infantibus mel et lac in alimentum præbeat; mel et lac cum audis, legem existima; nam ipsis utpote infantibus lac datum est; perfectis vero panis et vinum datum. Solida enim esca est panis atque vinum, scilicet Evangelium. Quamobrem pulchre Salvator ait: *Comedi panem meum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo.* Viden' quo pacto ubique idipsum dicat? Ipsius enim est tam Novum quam Vetus Testamentum. Ideo væ Judæis qui mel et lac comedunt. Similiter et Manichæi panem et vinum edunt; catholica autem Ecclesia illa duo una comedit, panem cum melle, bibitque vinum cum lacte. Et cum panem comedimus, una cum Verbo mel item absumimus. Scriptum item fuit ut agnus in Pascha comederetur. Agnum itaque sumo et cum ipso Verbo manduco; nec agnum solum edo, sed etiam Verbum, quod sicut agnus ad occisionem ductum est. Ideo pulchre dicit: *Comedi panem meum cum melle meo, et bibi vinum meum cum lacte meo:* et subito prosequitur: *Comedite, vicini mei,*

C 7. Διὰ τοῦτο καλῶς λέγει· *Ἐτρύγησα σμύρναν μου μετὰ ἀρωμάτων μου· ἔφαγον ἄρτον μου μετὰ μέλιτός μου· ἔπιον οἶνόν μου μετὰ γάλακτός μου.* Θεωρεῖς τὸν Λόγον τὸν πρὸς πᾶσαν ἡλικίαν γιγνόμενον; καὶ τοῖς Ἰουδαίοις νηπίοις οὖσιν διδοὺς τροφὴν μέλι καὶ γάλα· μέλι δὲ καὶ γάλα ἐὰν ἀκούσῃς, τὸν νόμον νόμιζε· ὡς γὰρ νηπίοις αὐτοῖς οὖσιν ἐδόθη τὸ γάλα· τοῖς δὲ τελείοις ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος δίδοται· στερεὰ γάρ ἐστι τροφὴ καὶ ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος, τουτέστι τὸ Εὐαγγέλιον. Διὰ τοῦτο τοίνυν καλῶς λέγει ὁ Σωτήρ· *Ἔφαγον ἄρτον μου μετὰ μέλιτός μου, ἔπιον οἶνόν μου μετὰ γάλακτός μου.* Θεωρεῖς πῶς πανταχοῦ λέγει; Αὐτοῦ γάρ ἐστι καὶ ἡ Καινὴ καὶ ἡ Παλαιά. Διὰ τοῦτο οὐαὶ τοῖς Ἰουδαίοις τοῖς τὸ μέλι καὶ γάλα ἐσθίουσιν. Ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ Μανιχαῖοι τὸν
D ἄρτον καὶ τὸν οἶνον ἐσθίουσιν· ἡ δὲ Καθολικὴ Ἐκκλησία τὰ δύο ὁμοῦ ἐσθίει, τὸν ἄρτον μετὰ τοῦ μέλιτος, καὶ πίνει τὸν οἶνον μετὰ τοῦ γάλακτος· καὶ ἐσθίοντες μὲν τὸν ἄρτον συναναλίσκομεν τῷ λόγῳ καὶ τὸ μέλι. Καὶ τὸ πρόβατον γέγραπται ἐσθίειν τὸ Πάσχα. Λαμβάνω τὸ πρόβατον καὶ συναναλίσκω αὐτὸ τῷ Λόγῳ· καὶ οὐκ ἐσθίω τὸ πρόβατον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἀγόμενον Λόγον. Διὰ τοῦτο καλῶς λέγει· *Ἔφαγον ἄρτον μου μετὰ μέλιτός μου, καὶ ἔπιον οἶνόν μου μετὰ γάλακτός μου·*

[74] Psal. xxix, 10. [75] Cant. v, 1.

Digitized by Google

καὶ εὐθέως λέγει· *Φάγετε, οἱ πάνσιον μου, καὶ πίετε, καὶ μεθύσθητε, ἀδελφοί.* Ἰδὲ τὸν Σωτῆρα πῶς νηπίοις παραγγέλλει φαγεῖν· τοῖς δὲ μείζοσι λέγει, *Καὶ πίετε·* τοῖς δὲ τελείοις ἔλεγεν, ὅτι *Καὶ μεθύσθητε, ἀδελφοί.* Ἀμέλει γε Παῦλος, τέλειος ὢν, καὶ μεμεθυσμένος τὴν θείαν ταύτην μέθην, ἔλεγεν· *Εἴτε γὰρ ἐξέστημεν Θεῷ, εἴτε σωφρονοῦμεν ὑμῖν.* Μὴ νομίσῃς δὲ αὐτὸν, ὅτι ἀπὸ οἴνου ἦν ἐξιστάμενος· αὐτὸς γὰρ παρήγγειλε· *Μὴ μεθύσκετε οἴνῳ, ἐν ᾧ ἐστιν ἀσωτία·* ἀλλ', *Ὀλίγῳ οἴνῳ χρῶ διὰ τὸν στόμαχόν σου.* Τιμοθέῳ γράφει· εἰ δὲ ἄλλοις παραγγέλλει, πόσῳ μᾶλλον ἑαυτῷ; Ἐκεῖνος γὰρ μεμεθυσμένος ἦν καλὴν καὶ θείαν ἀπὸ τοῦ Λόγου μέθην. Γένοιτο δὲ καὶ ἡμᾶς συναριθμηθῆναι μετ' αὐτοῦ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἀμήν.

A *et bibite, inebriamini, fratres*[76]. Vide quo pacto Salvator infantibus præcipiat ut comedant, majoribus dicat, *Et bibite;* perfectis, *Et inebriamini, fratres.* Sane Paulus cum perfectus esset, et divina ista ebrietate plenus, dicebat: *Sive enim mente excedimus Deo, sive sapientes sumus vobis*[77]. Ne putes autem illum exhausto vino mente excessisse; ipse namque præcepit his verbis: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria*[78]: sed Timotheo scribit: *Vino modico utere propter stomachum tuum*[79]. Quod si aliis hoc præcipiat, quanto magis sibiipsi? Ille quippe inebriatus erat bona illa et divina Verbi ebrietate. Faxit autem Deus, ut nos cum illo annumeremur in regno cœlorum, in Christo Jesu. Amen.

B

[76] Cant. v, 1. [77] II Cor. v, 13. [78] Ephes. v, 18. [79] I Tim. v, 23.

MONITUM

IN SERMONES SIVE COMMENTARIOS IN MATTHÆUM.

An Athanasius sermones, sive commentarios in Matthæum *dederit, necne, re ex conjecturis solum ponderata, olim ambigere fas erat; siquidem catenæ* in Evangelium Matthæi, *Athanasii nonnulla circumferentes, notato solum Athanasii nomine, nec commentaria, nec sermones homiliasve memorabant. Et quia locorum hujusmodi, quædam erant ex operibus jam cusis excerpta, hinc mihi suboluit cætera, quæ in editis non exstabant ex amissis sancti Doctoris operibus deprompta fuisse. Jam vero omnis suspicandi vel ambigendi causa levatur: in codicibus enim cum Italicis tum Gallicis, in quos sub hæc incidimus, commentaria et sermones Athanasii* in Matthæum *diserte memorata deprehendimus; imo etiam ex sermone sexto et nono ad manuscriptorum fidem non pauca damus. Nec mirum, quod hæc commentaria, modo* ἑρμηνείαι, *sive* interpretationes, *modo* λόγοι *sive* sermones, *aut melius* libri *vocitentur. Hic enim mos Græcorum est, ut prolixa opera et* συντάγματα, *in* λόγους, *sive libros distribuant. Qua ratione illa* in Matthæum *interpretatio in multos libros sive sermones distincta fuit. Et vero videmus in sequentibus,* ἐκ τῆς ἑρμηνείας τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου λόγον ς', ex interpretatione Evangelii secundum Matthæum sermonem sextum *afferri. Quæ sane commonstrant iis vocibus,* ἑρμηνεία *et* λόγος, *quæ Athanasii interpretationibus præmittuntur, idem significari opus.*

Horum itaque commentariorum jam fragmenta aliquot ex manuscriptis et catenis sub finem Athanasii operibus edidimus, sed plerumque manca et lacera. Cum porro multa plura, inobservata pridem ex manuscriptis nuper accesserint, ad nativum ordinem omnia restituimus. Fateorque tamen me, quia compendio studere soleam, aliquandiu hæsisse, num isthæc recens eruta tantum, prætermissis aliis jam editis, sejunctim ederem; et lectorem subinde ad jam edita remitterem. At tum amicorum suasu, tum meopte consilio ac nutu, importunum scrupulum abegi; sive quia non satis cautum lectoris otio videbatur, si ad varia identidem loca, non enim simul omnia, inter legendum amandaretur; sive præsertim quia pauca illa jam publicata, ut plurimum initio, medio et fine mutila sunt, ac interdum duplo triploque auctiora ex manuscriptis prodeunt.

Quia vero solent, quæ peregrinis in locis exstant, peregrinum olere, fatemur nos de fragmento ex Athanasii commentario avulso, De novem insanabilibus morbis Herodis, *ac inter Athanasiana, quo fors tulerat conjecto, aliquando dubitasse. Verum ubi, proprio in loco positum, conferre licuit cum aliis* in Matthæum *interpretationibus eamdem in eo facile Athanasii manum agnovimus. Quæ porro hic de novem Herodis morbis narrat, ex Josepho ad verbum pene mutuatus est: aliaque de Herodis natalibus erudite ex eodem Josepho et ex Africano edisserit.*

Alius fortasse suboriatur scrupulus, quod ad interpretationem illius, « *Beati mundo corde*[80-84], » *Athanasius illud Jobi,* « *Nemo mundus a sorde, etiamsi unius diei vita ejus sit super terram*[85], » *de sordibus corporeis in-*

[80-84] Matth. v, 8. [85] Job xiv, 4.

Digitized by Google

telligendum pugnet, negetque contra hæreticorum quorumdam (sic ille) opinionem, infantium animis sordes, sive peccata inesse. Verum, ut ipse nec obscure interpretatur, de sordibus sive peccatis actualibus, ut vocant, agitur, quæ inesse pueris nemo sanus dixerit. Quod si quis reponat, cur Jobi dictum ad peccatum originale non referat Athanasius, huic regerem, Athanasium et si qui alii affinia loculi sunt, pro sordibus animæ propriis, delicta solum a quolibet homine admissa habuisse; neque tamen ignorasse, ex Adami lapsu, universos ejus posteros, debitum mortis tam animæ quam corporis contraxisse. Et alias non integer locus est, sed mutilus : quod si exstarent omnia, haud dubie hanc Athanasii mentem esse ex serie deprehenderemus. De his pluribus in præfatione.

Hic porro præclara multa occurrunt contra fatum et genethliacos; de abdicandis episcopis, presbyteris & diaconis improbe se gerentibus : de mysteriorum Christi sive sacræ Eucharistiæ distributione per diaconum agenda : qui intelligendum sit illud : Blasphemia in Filium hominis remittetur, in Spiritum sanctum secus : *contra eos qui lunam inter numina censerent, quo ævum Athanasianum indicatur, quando multiplicium deorum error adhuc vigebat in orbe. Et his similia bene multa.*

Quo tempore autem hæc commentaria edita fuerint, nonnisi ex loco illo augurari licet ubi sanctus Doctor arguit Apollinarium impietatis. Nam uti ex ipsius Athanasii in synodo Antiochena, anno 362, testimonio, nec non ex Procli loco in synodo Constantinopolitana exploratum est; postremis solum vitæ annis Athanasius cum Apollinario in apertum bellum prorupit, eumque ut hæresiarcham per hominum ora traduxit. Fortasse dici posset etiam Athanasium, cum hæc commentaria prius edidisset, clausulam illam in Apollinarium postea adjunxisse; quam rem non semel præstitisse sanctum Doctorem docuimus alias.

EX SERMONIBUS SIVE COMMENTARIIS IN EVANGELIUM MATTHÆI.

Liber generationis Jesu Christi.

Et sacerdos et rex Christus erat : sacerdos quidem, ut qui se obtulerit hostiam pro omnibus; rex vero, ut qui adversus peccatum et mortem regnaverit.

Generationes quatuordecim.

Quæ causa est cur cum in hisce generationibus duodecim tantum personæ compareant, quatuordecim tamen generationes inveniantur [56]? Pro persona, arbitror, evangelista transmigrationem posuit; et pro alia persona, Christum.

Athanasii Alexandrini liber interpretationis Evangelii secundum Matthæum.

Vidimus enim stellam ejus in oriente [57]. Si pro singulis hominibus stella in cœlo esset, quare tertia die cœlum infinitis innumerisque stellis repletum est cum tamen Adam sexta die efformatus sit?

A

B

Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ.

(4) Καὶ ἱερεὺς καὶ βασιλεὺς ὁ Χριστὸς ἐτύγχανεν· ἱερεὺς μὲν ὡς ἑαυτὸν προσαγαγὼν θυσίαν ὑπὲρ ἡμῶν, βασιλεὺς δὲ ὡς κατὰ τῆς ἁμαρτίας καὶ θανάτου βασιλεύσας.

Γενεαὶ δεκατέσσαρες

Καὶ πῶς ἐνταῦθα ἐπὶ τῶν γενεῶν, δώδεκα προσώπων κειμένων, δεκατέσσαρες γενεαὶ εὑρίσκονται; Οἶμαι, ὅτι καὶ τὴν μετοικεσίαν αὐτὴν ἀντὶ προσώπου ὁ εὐαγγελιστὴς τέθεικε· καὶ ἀντὶ τῆς ἑτέρας δὲ τὸν Χριστόν.

(5) *Ἀθανασίου Ἀλεξανδ. βίβλος τῆς ἑρμηνείας τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγ.*

Εἴδομεν γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀστέρα ἐν τῇ ἀνατολῇ. Εἰ δὲ ἦν καθ' ἕκαστον ἄνθρωπον ἀστὴρ ἐν τῷ οὐρανῷ, πῶς τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ὁ οὐρανὸς κατέγεμε τῶν ἀπείρων καὶ ἀναριθμήτων ἄστρων, τοῦ Ἀδὰμ πλασθέντος τῇ ς' ἡμέρᾳ·

Et interjectis quibusdam ex Chrysostomo.

Quod autem neque fatum, neque genesis, id est ortus hora, neque cursus astrorum nostra dirigant, vel hinc palam est. Nam si inde omnia gesta pendeant, non ex hominum voluntate et electione, cur furti reum domesticum verberas? quid causæ est quod adulteram uxorem ad tribunal trahas? quare de improbis factis pudore suffunderis? quid est quod contumeliosa verba non feras; sed si quis te mœchum aut fornicatorem, aut ebriosum, aut quid simile appellet, id contumeliam vocas? Nam si peccatum non ex sententia prodiret tua, neque crimen

C

Ὅτι γὰρ οὔτε εἱμαρμένη, οὔτε γένεσις, οὔτε δρόμος ἀστέρων τὰ καθ' ἡμᾶς διοικεῖ, ἐντεῦθεν δῆλον. Εἰ γὰρ ἐκεῖθεν ἤρτηται τὰ γινόμενα πάντα, καὶ οὐ τῆς προαιρέσεως τῶν ἀνθρώπων, τίνος ἕνεκεν μαστιγοῖς τὸν οἰκέτην κεκλοφότα; τίνος ἕνεκεν μοιχευθεῖσαν τὴν γυναῖκα εἰς δικαστήριον ἕλκεις; τίνος ἕνεκεν αἰσχύνῃ πονηρὰ πράττων; τίνος ἕνεκεν οὐδὲ τὰ ῥήματα φέρεις ὀνειδιζόμενα· ἀλλ' ἐάν τίς σε καλέσῃ μοιχὸν, ἢ πόρνον, ἢ μέθυσον, ἤ τι τοιοῦτον, ὕβριν τὸ πρᾶγμα καλεῖς; Εἰ γὰρ μὴ τῆς σῆς γνώμης τὸ ἁμαρτάνειν, οὔτε ἔγκλημα τὸ γινόμενον, οὔτε

[56] Matth. I, 17. [57] Matth. II, 2.

(4) Edit. Athan., p. 1006, ex catena a P. Possino edita *in Matthæum.*

(5) Ex codice Regio 1993, X sæculi fol., 42.

Digitized by Google

ὕβρις τὸ λεγόμενον. Νῦν δὲ καὶ δι' ὧν τοῖς ἁμαρτάνουσιν οὐ συγγινώσκεις, καὶ δι' ὧν αὐτὸς αἰσχύνῃ τὰ κακὰ πράττων, καὶ λανθάνειν σπουδάζεις, καὶ δι' ὧν τοὺς ταῦτά σοι προσφέροντας ὑβριστὰς νομίζεις· διὰ πάντων ὁμολογεῖς, ὅτι οὐκ ἀνάγκῃ δέδεται τὰ ἡμέτερα, ἀλλὰ προαιρέσεως ἐλευθερίᾳ τετίμηται. Τοῖς γοῦν ἀνάγκῃ συνεχομένοις συγγινώσκειν οἴδαμεν· κἂν ὑπὸ δαίμονός τινος ὀχλούμενός τις τὸν χιτῶνα διαῤῥήξῃ τὸν ἡμέτερον, ἢ πληγὰς ἐπενέγκῃ, οὐ μόνον οὐκ ὀνειδίζομεν, ἀλλὰ καὶ ἐλεοῦμεν καὶ συγγινώσκομεν. Τί δήποτε; ὅτι οὐχὶ τῆς προαιρέσεως ἐλευθερία, ἀλλ' ἡ τοῦ δαίμονος βία εἰργάσατο ταῦτα. Ὥστε, εἰ καὶ τὰ ἄλλα ἁμαρτήματα ἀπὸ τῆς ἀνάγκης τῆς κατὰ τὴν εἱμαρμένην ἐγίνοντο, συνέγνωμεν ἄν· ἐπειδὴ δὲ ἴσμεν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνάγκης, διὰ τοῦτο οὐ συγγινώσκομεν, οὔτε δεσπόται οἰκέταις, οὔτε ἄνδρες γυναιξὶν, οὔτε γυναῖκες ἀνδράσιν, οὔτε διδάσκαλοι μαθηταῖς, οὔτε πατέρες παισὶν, οὔτε ἄρχοντες ἀρχομένοις· ἀλλὰ πικροὶ τῶν τετολμημένων ἐξεταστὰι καὶ τιμωροὶ γινόμεθα, καὶ δικαστήρια καταλαμβάνομεν, καὶ πληγαῖς ὑποβάλλομεν, καὶ ἐπιτιμήσεσι χρώμεθα, καὶ πάντα πράττομεν ὅπως ἀπαλλάξωμεν αὐτοὺς τῶν κακῶν.

(6) Τὸ, *Ἤλθομεν προσκυνῆσαι αὐτῷ*, σημεῖον τῆς τῶν μάγων ἐπιεικείας καὶ πίστεως. Οἱ γὰρ τοιοῦτον διάστημα διανύσαντες διὰ τὸ προσκυνῆσαι τὸν Χριστὸν, τί οὐκ ἂν ἐποίησαν, εἰ ἐν τῇ ἐκείνων χώρᾳ τὸ τοιοῦτον μυστήριον γεγένητο; Ἀποδεκτέοι οὖν οἱ ἄνδρες τῆς πίστεως, καὶ ἐπαινετέοι τῆς ἀρετῆς κατὰ πάντα τρόπον.

Ἀθανασίου Ἀλεξανδρείας ἐκ τῆς κατὰ Ματθαῖον ἑρμηνείας.

Περὶ τῶν ἐννέα ἀνιάτων παθῶν τῆς τοῦ Ἡρώδου τελευτῆς.

id egisse, neque contumelia esset id prædicari. Nunc porro cum peccantibus non ignoscas, eum improba gerendo te pudeat, cum latere studeas, cum eos qui talia tibi proferunt pro contumeliosis habeas; sane fateris ex his omnibus, hæc nostra non necessitate quadam colligari, sed voluntatis libertate honorata esse. Iis sane qui necessitate tenentur, ignoscere solemus: ac si quis, compellente dæmonio, tunicam discindat nostram, aut plagas inferat, non solum illi non exprobramus, sed misericordia moti ignoscimus ipsi. Cur hoc? quia non ex voluntatis arbitrio, sed dæmonis impulsu id egit. Itaque si alia quoque peccata ex necessitate a fato inducta admitterentur, veniam daremus utique: quia vero scimus ea non ex necessitate provenire; ideo non parcimus, non domini domesticis, non viri uxoribus, non uxores viris, non magistri discipulis, non patres filiis, non principes subditis; sed acerbi facinorum inquisitores, et ultores sumus; tribunalia adimus, plagis subjicimus, et castigatione utimur: nihilque non agimus ut a malis nos eripiamus.

Illud, *Venimus adorare eum*, magorum probitatis atque fidei signum est. Qui enim tantum itinerit intervallum Christi adorandi gratia confecerunt, quid non facturi erant si in sua regione tantum mysterium editum fuisset? Commendandi itaque viri hujusmodi sunt propter fidem suam, atque omnino virtutis suæ causa laudandi.

Athanasii Alexandrini ex interpretatione in Matthæum.

De novem insanabilibus morbis, quibus Herodes afflictus interiit.

(*Vide tom. II, col.* 1251.)

(7) *Ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον.*

Οὗτος ὁ λόγος ἔλεγχός ἐστιν ἀκριβὴς τῆς τοῦ Ἀπολλιναρίου ἀθεότητος, εἰπόντος μὴ λαβεῖν τὸν Χριστὸν ψυχὴν νοεράν, ἀλλ' εἶναι σῶμα μόνον ἄνευ ψυχῆς καὶ λόγου.

(8) *Ἡ δὲ τροφὴ ἦν ἀκρίδες καὶ μέλι ἄγριον.* Ὅτι δὲ καὶ ἡ βοτάνη τίς ἐστιν ἀκρὶς λεγομένη, ὁ Σολομὼν ἡμᾶς διδάσκει λέγων· *Ἀνθήσει τὸ ἀμύγδαλον, καὶ παχυνθήσεται ἡ ἀκρίς.* Ἀλλ' οὐδὲ πόα τίς ἐστι τὸ μέλι ἄγριον, ἀλλὰ μέλι ὄντως ἄγριον, πικρότατον ὄν, καὶ πάσῃ γεύσει πολέμιον.

Τὸ, *Αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ*, τοῦτο δηλοῖ, ὅτι καθαριεῖ ὑμᾶς· διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὸ τοῦ Ἰωάννου βάπτισμα τοῦτο ποιῆσαι, ἀλλὰ τὸ τοῦ Χριστοῦ, ὃς καὶ ἀφιέναι ἁμαρτίας ἐξουσίαν ἔχει.

Surgens accipe puerum [58].

Hæc loquendi ratio probe arguit Apollinarium impietatis: qui dixit, Christum non accepisse animam intelligendi vi præditam; sed solum corpus sine anima et ratione exstitisse.

Cibus autem ejus erant acrides, et mel silvestre [59]. Quod herbæ genus quoddam sit *acris* dictum, id nos Salomon edocet his verbis: *Florebit amygdalum, et coagulabitur acris* [60]. Sed mel illud silvestre, non herba, sed mel revera silvestre, acerbissimum ac gustui ingratissimum est.

Illud: *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto* [61], id denotat, quod ipse vos purgaturus sit: quia scilicet id præstare non valet Joannis baptisma; sed Christi, qui etiam remittendi peccata potestatem habet.

[58] Matth. II, 20. [59] Matth. III, 4. [60] Eccl. XII, 5. [61] Matth. III, 11.

(6) Edit. Athan., p. 1006, ex Possini catena *in Matthæum*.

(7) Ibid.

(8) Eamdem hujus vocis, ἀκρὶς, interpretationem videsis apud Isidorum Pel., l. I, ep. 142 fusius enarratam.

Digitized by Google

Si Filius Dei es [62]. Qui ad singulas tentationes ita diabolus interrogat: *Si Filius Dei es?* Id nimirum ait ad eorum similitudinem, quæ jam olim in paradiso dixit: Adamum enim sic alloquitur: *Qua die comederitis, aperientur oculi vestri* [63], quo ostenderet illis, se a Deo fuisse deceptos. Quamobrem hic quoque ad singula dicta assidue repetit, *Si Filius Dei es;* id est, si vox quæ te Filium vocavit vera est, quare non confirmas eam, agendo quæ tibi dico?

Docens in synagogis eorum [64]. Palam Christus et cum fiducia docet; ut credant illi (Judæi) doctrinam suam non esse legi contrariam. Quod scilicet maxime omnium Judæos in furorem adversus eum concitabat.

Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam [65]. Esurientes ac sitientes justitiam dicit eos, qui alacri ac fervido animo justitiam exercent. *Saturabuntur* enim, ait, et in hac vita, eo quod paucis contenti sint; multoque magis in futura, utpote cum Christo semper versaturi, ubi neque dolor neque luctus erit.

Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt [66]. Quia quisquis omni cupiditatis affectione cor suum purgavit, propria in pulchritudine divinæ naturæ videt imaginem. Apta enim est animæ puritas ad Deum per seipsam speculandum [*sive*, in seipsa exprimendum].

Athanasii Alexandrini.

Ex sermone sexto interpretationis in Evangelium Matthæi, in illud: *Nemo mundus a sorde, etiamsi unius diei fuerit vita ejus super terram* [67].

At ignorant sane hæretici illud, *Nemo mundus a sorde, etiamsi unius diei fuerit vita ejus*, de naturali sorde quam ex utero matris egressus infans secum affert, dictum fuisse. Quamobrem ait legislator Moyses [68], mulierem enixam immundam esse, pro masculo quadraginta diebus, pro femina, octoginta, ob majorem scilicet naturæ humiditatem. Quod si non ita esset ut lex Moysis effert, vel ex ipsa naturæ ratione argumenta adversum mutuari xeret. Quod enim peccatum admittere infans valeat, cujus vita unius diei fuerit? Adulterium? minime gentium, cum non in voluptate vigeat. Fornicationem? nihilo magis, cum non sit talis concupiscentiæ capax. Cædem? At mortifera tela gestare nequit. Perjurium? sed articulatim vociferari non valet. Avaritiam? sed neque alienam novit pecuniam, neque suam. Imo etiam injuriarum prorsus immemores parvuli sunt; nam donec ad virilem ætatem pervenerint, verberati precantur, atque pulsi non sese vindicant. Unde et Dominus iis qui in se credunt ait: *Nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cælo-*

A *Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ.* Διὰ τί καθ' ἑκάστην πεῖραν τοῦτο ἐρωτᾷ τὸν Χριστὸν ὁ διάβολος, λέγων· *Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ;* Καθ' ὁμοιότητα τοῖς πρότερον αὐτῷ λελεγμένοις ἐν τῷ παραδείσῳ ταῦτα φθέγγεται. Εἶπε γὰρ πρὸς τὸν Ἀδάμ· *Ἡ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε, διανοιχθήσονται ὑμῶν οἱ ὀφθαλμοί·* δεικνύων αὐτοῖς δῆθεν, ὡς ἠπατημένοι εἰσὶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Διὸ καὶ συνεχῶς ἐπιφέρει ἐνταῦθα καθ' ἕκαστον τῶν ἑαυτοῦ λόγων, τὸ, *Εἰ Υἱὸς εἶ Θεοῦ*, τουτέστιν, εἰ ἡ φωνὴ ἀληθής ἐστιν ἡ καλέσασά σε Υἱόν, τί οὐ ταύτην βεβαιοῖς τῷ πράττειν ἃ σοι λέγω;

Διδάσκων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν. Φανερῶς ὁ Χριστὸς καὶ μετὰ παῤῥησίας διδάσκει· ἵνα πιστεύσωσιν, ὅτι ἃ διδάσκει, οὐκ ἐναντία τυγχάνει τῷ νόμῳ· ὃ δὴ καὶ τοὺς Ἰουδαίους μᾶλλον ἐξέμηνε κατ' B αὐτοῦ.

Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην. Πεινῶντας καὶ διψῶντας τὴν δικαιοσύνην λέγει τοὺς μετὰ προθυμίας καὶ ὀρέξεως τὴν δικαιοσύνην ποιοῦντας. *Χορτασθήσονται* γάρ, φησὶ, καὶ ἐνταῦθα ὡς ὀλίγοις ἀρκούμενοι· πολλῷ δὲ πλέον ἐν τῇ μελλούσῃ ζωῇ, ὡς ἀεὶ μετὰ Χριστοῦ διάγοντες· ἔνθα οὔτε λύπη οὔτε στεναγμός ἐστιν.

Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ Θεὸν ὄψονται. Ὅτι ὁ πάσης ἐμπαθοῦς διαθέσεως τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν ἀποκαθάρας ἐν τῷ ἰδίῳ κάλλει τῆς θείας φύσεως καθορᾷ τὴν εἰκόνα. Ἱκανὴ γὰρ ἡ τῆς ψυχῆς καθαρότης ἐστὶ τὸν Θεὸν δι' ἑαυτῆς κατοπτρίζεσθαι.

Ἀθανασίου Ἀλεξανδρείας,

C (9) Περὶ τοῦ, *Οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου, ἐὰν καὶ μία ἡμέρα ὁ βίος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς*, τῆς ἑρμηνείας τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου λόγου ς'.

Ἀλλ' οὔτε ἴσασιν οἱ αἱρετικοὶ τὸ, *Οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου, οὐδ' ἂν μία ἡμέρα ὁ βίος αὐτοῦ·* ὅτι ἐῤῥέθη περὶ τοῦ φυσικοῦ ῥύπου, ὃ ἐπικομίζεται τὸ βρέφος ἐξερχόμενον ἐκ τῆς νηδύος τῆς μητρὸς αὐτοῦ. Διὸ καὶ ὁ νομογράφος Μωϋσῆς ἔφη τὴν τίκτουσαν γυναῖκα εἶναι ἀκάθαρτον, ἐπὶ μὲν τῷ ἄῤῥενι μ' ἡμέραις, ἐπὶ δὲ τῷ θήλει π' διὰ τὸ ὑγρότερον τῆς φύσεως. Εἰ δὲ οὐκ ἔστιν οὕτως ὡς ἔχει ὁ νόμος Μωϋσέως, καὶ ἡ φυσικὴ ἀκολουθία δώσει λόγον ἐξεναντίας· ποίαν δύναται ποιῆσαι τὸ παιδίον ἁμαρτίαν, οὗ μία ἡμέρα ἡ ζωὴ αὐτοῦ; Μοιχείαν; οὐ πάντως· D οὐ γὰρ ἀκμάζει ἐν τῇ ἡδονῇ. Πορνείαν; οὐδὲ οὕτως, ὄντα ἐκτὸς τῆς τοιαύτης ὀρέξεως. Φόνον; ἀλλ' ἀμηχανεῖ βαστάσαι ὅπλον θανάτου. Ἐπιορκῆσαι; ἀλλὰ τέως λείπεται τῆς ἐνάρθρου φωνῆς. Πλεονεκτῆσαι; ἀλλ' οὐκ ἔχει γνῶσιν τῶν ἀλλοτρίων χρημάτων, ἀλλ' οὔτε τῶν ἰδίων. Τῆς δὲ ἀνεξικακίας εἰσὶ πεπληρωμένα τὰ νήπια· ἕως γὰρ ἀνδρυθῶσι, καὶ τυπτόμενα παρακαλεῖ, καὶ διωκόμενα οὐκ ἀμύνεται. Ὅθεν καὶ ὁ Κύριος ἔφη τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτόν· *Ἐὰν μὴ στραφῆτε καὶ γένησθε ὡς τὰ παιδία, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.* Ἐπεὶ

[62] Matth. IV, 3. [63] Gen. III, 4. [64] Matth. IV, 23. [65] Matth. V, 6. [66] Matth. 8. [67] Job XIV, 4 [68] Levit. XII, 2-5.

(9) Ex codice Regio 1993, X sæculi, f. 319.

Digitized by Google

οὖν τούτων τῶν ἁμαρτημάτων τὰ βρέφη ἀμύητα ὑπ- A *rum*[69]. Cum itaque delictorum hujusmodi prorsus
άρχει, ποίαν ἁμαρτίαν ἔχει τὸ ἀνθημερινὸν παιδίον, imperiti parvuli sint; quod, quæso, peccatum admit-
εἰ μὴ καθὼς ἔφημεν τὸν σωματικὸν ῥύπον· οὔτε μὴν tat puerulus ipsa die natus, nisi, uti diximus, cor-
ὁ λέγων ἔφη· *Οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ἁμαρτίας, ἀλλ' poream sordem? Neque enim ita dicitur, *Nemo mun-*
ἀπὸ ῥύπου. *dus* a peccato, sed, *a sorde.*

www.libtool.com.cn

(10) Ἀθανασίου Ἀλεξανδρείας, *Athanasii Alexandrini.*

Πῶς νοητέον τὸ, *Ὁ ἐμβλέψας γυναῖκα πρὸς τὸ* Quo pacto intelligendum illud: *Qui respicit mulie-*
ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν *rem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est*
τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. *eam in corde suo*[70].

Μοιχεύει γυναῖκα τῇ καρδίᾳ ἐκεῖνος, ὁ συνδιατι- Mœchatur corde cum muliere, qui perficiendo
θέμενος τῇ πράξει, ἀπεκώλυσε δὲ τὸν τοιοῦτον, ἢ operi consensit; sed ab illicito et pravo congressu,
τόπος, ἢ χρόνος, ἢ φόβος τῶν Ῥωμαϊκῶν νόμων. aut loco, aut tempore, aut metu Romanarum legum
Ὅτι δὲ πολλοὶ, μὴ δράσαντες τὴν ἀσέβειαν, ὡς μοι- coercitus est. Quod autem multi, qui exterius in
χοὶ ἐκολάσθησαν, ῥᾳδίως ἐστὶ τοὺς πάντας πληροφο- peccatum non proruperunt, quasi mœchi supplici
ρηθῆναι ἐκ τοῦ Ὀλοφέρνους. Σπεύδοντος γὰρ δρᾶσαι B o affecti fuerint, omnibus palam facere in promptu
τὸ μύσος, ἡ Ἰουδὶθ, ὡς νόμος δικαιοσύνης, σπασα- est ex Holopherne. Nam cum fœdum opus peragere
μένη τὸ ξίφος ἀπέτεμεν αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν, ἐπικα- gestiret, Judith, ceu lex quædam justitiæ, districto
λεσαμένη εἰς βοήθειαν καὶ ὑπερασπισμὸν τὸν δοτῆρα gladio caput ejus abscidit, invocato prius ad opem
τῶν νόμων Θεὸν, καὶ συνεργὸν τῆς σωφροσύνης. et patrocinium legum datore et continentiæ opitu-
Ὡσαύτως καὶ οἱ δύο πρεσβύτεροι, εἰρηκότες τῇ Σω- latore Deo. Eodem quoque modo senes duo, cum
σάννῃ, *Ἰδοὺ ἐν ἐπιθυμίᾳ σού ἐσμεν*, καίπερ τοῦτο Susannæ dixissent: *Ecce in concupiscentia tui sa-*
μὴ πράξαντες, ὡς μοιχοὶ ἐκολάσθησαν, καὶ τὴν ζη- *mus*[71], etiamsi facinus non perpetrassent, ut mœchi
μίαν ἔσχον θάνατον. Ἐὰν οὖν καὶ ἄρτι τίς ἐστι τοιοῦ- plexi ac morte mulctati sunt. Si hoc ergo tempore
τος, ἀκόλαστος, ἀκρατὴς, ἐπιθυμῶν ἀλλοτρίων γυ- quispiam sit hujusmodi, intemperans, lascivus, alie-
ναικῶν, κατὰ διάνοιαν μοιχεύει· ὁ γὰρ ἡγεμονεύων nas uxores appetens, is animo fornicatur. Nam qui
τῶν παθῶν, καθαρεύων ἀπὸ ὀφλήματος, ἀπὸ αἰσχρο- in affectus suos imperium habet, a quovis delicto
λογίας, οὗτος οὐκ ἔστι μοιχὸς, ἀλλὰ παθοκρατορικός· purus et ab obscenis dictis, hic mœchus non est,
ἀναστέλλων τὸ ἐπαχθὲς τῆς ἡδονῆς τῷ θείῳ φόβῳ sed cupiditatis victor; quippe qui voluptatis impe-
ὡς κῦμα θαλάσσιον ἀνακοπτόμενον ὑπὸ ἰσχυρᾶς καὶ tum divino metu, quasi decumanum maris fluctum
στερεᾶς πέτρας. C a solida et firma petra repressum, coerceat.

(11) *Εἰ δὲ ὁ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιὸς σκανδαλί-* *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, et*
ζει σε, ἔξελε αὐτὸν, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ, καὶ τὰ *projice abs te*[72], et cætera. Incedentes autem in via
ἑξῆς. Βαδίζοντες τὴν ἁπλανῆ καὶ ζωηφόρον ὁδὸν, nulli errori obnoxia et vivifica, oculum eruamus si
ὀφθαλμὸν μὲν ἐκκόψωμεν σκανδαλίζοντα· μὴ τὸν nobis offendiculo sit; non quidem sensilem illum,
αἰσθητὸν (12)· καὶ γὰρ πηροὶ μοιχοί· ἀλλὰ τὸν νοη- nam cæci quoque mœchi sunt, sed spiritualem; ut
τόν. Οἷον ἐὰν ὁ ἐπίσκοπος ἢ ὁ πρεσβύτερος, οἱ ὄντες si, verbi causa, episcopus et presbyter, qui sunt Ec-
ὀφθαλμοὶ τῆς Ἐκκλησίας, κακῶς ἀναστρέφωνται, clesiæ oculi, improbe versentur, et populo lapsus
καὶ σκανδαλίζωσι τὸν λαὸν, χρὴ αὐτοὺς ἐκβάλλεσθαι. occasio sint, abjiciendos oportet. Præstat enim in
Συμφέρον γάρ ἐστιν ἄνευ αὐτῶν συναθροίζεσθαι εἰς domo orationis, remotis illis, conventus agere, quam,
εὐκτήριον οἶκον, ἢ μετ' αὐτοὺς ἐμβληθῆναι, ὡς μετὰ velut cum Anna et Caipha, cum eis injici in gehennam
Ἄννα καὶ Καϊάφα, εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. Ὁ- ignis. Similiter si diaconus, qui pro manu habetur,
μοίως δὲ καὶ ἡ χεὶρ, ὁ διάκονος, ἐὰν ἀναξίως τι πράτ- indignum quid egerit, ab altari segregetur. Minister
τῃ, χωριζέσθω τοῦ θυσιαστηρίου (13). Ὁ δὲ ποῦς, ὁ vero qui pro pede reputatur, si improbe ad menda-
ὑπηρέτης, ἐὰν κακῶς τρέχῃ εἰς τὸ ψεῦδος, καὶ τὴν cium, et ad munera, ut Giezi[73], accipienda decur-
λῆψιν τῶν χρημάτων κατὰ τὸν Γιεζῆ, δεῖ καὶ τοῦτον D rat; hunc quoque opus est, ut pravum et impru-
τῆς λειτουργίας ἀποξενοῦσθαι ὡς χαλεπὸν καὶ ἀσύ- dentem hominem, a ministerio submovere; ut Ec-
νετον ἄνθρωπον· ἵνα ἡ Ἐκκλησία ἀσκανδαλίστως clesia sine offensione congregata servetur.
συναγομένη διαφυλαχθήσηται.

(14) Ἀθανασίου Ἀλεξανδρείας, *Athanasii Alexandrini*

Βιβλίου τῆς ἑρμηνείας τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου. Ex libro interpretationis in S. Evangelium.

Προσέχετε δὲ τὴν ἐλεημοσύνην ὑμῶν μὴ ποιεῖν *Attendite ne eleemosynam vestram faciatis coram*
ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων πρὸς τὸ θεαθῆναι αὐ- *hominibus, ut videamini ab eis: alioqui mercedem*
τοῖς· εἰ δὲ μή γε, μισθὸν οὐκ ἔχετε παρὰ τῷ Πα- *non habebitis apud Patrem vestrum qui in cœlis est*[74].

[69] Matth. xviii, 3. [70] Matth. v, 28. [71] Dan. 13, 20. [72] Matth. v, 29. [73] IV Reg. v, 20-23. [74] Matth. vi, 1.

(10) Edit. Athan. ex codice Barociano, p. 1026.

(11) Edit. Athan., p. 1027, ex codice Vaticano 392. Verum auctiora et emendatiora prodeunt ex codice Reg. 1993, f. 320, et ex cod. Colbert. 504.

(12) Hæc desunt in edit., sed habentur in mss.

(13) Quæ sequuntur ad finem usque ex mss. deprompta, desiderantur in edit.

(14) Hæc prodeunt ex cod. Reg. 1993, X sæculi f. 134, longe auctiora iis quæ in edito leguntur, p. 503.

Digitized by Google

Hortatur itaque nos Unigenitus, ut ne eleemosynam faciamus coram hominibus; non ut cunctemur fratres nostros fovere, ac egenis bene facere; sed ut ne, vanæ laudis appetentium Pharisæorum exemplo, præsentem gloriam aucupemur: sed potius mercedem fidelis et accuratæ eleemosynæ a Deo in futuro exspectemus, qui non tantum de munere delectatur, quantum de opima et bona largientis voluntate, ut ex inopis viduæ, quæ duo minuta in gazophylacium misit, exemplo ediscere valemus.

Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Id est, voluntates carnis Spiritus sancti consilium ne noverint. Qui vero fieri potest, ut dum quis facit eleemosynam, manus ejus sinistra in partem operis ac beneficii non veniat? Oportet enim ambas manus se invicem in præstando beneficio prorsus juvare. Nam læva manu pecuniam sive crumenam tenente, dextera bonum semen in agro cordis pauperum spargit, ut spicam metat, non culmo hærentem; sed vitam sempiternam et immortalem in cruce suspensam. Non vult autem Unigenitus sinistras carnalesque cogitationes scire quid faciat manus dextera sancti Spiritus, ne forte bono proposito et opimæ voluntati aversentur dicentes: Opus nobis est ad multos annos cibos sumptusque curare, vestes varias, ornatas domos, argenteum ferculum, depositum aureum, mancipia ad ministerium, vicos et agros ad proventus. Dextræ enim partes sancti Spiritus nihil horum omnino curant vel concupiscunt, huic Dominicæ voci fidem habentes: *Quærite primum regnum Dei, et hæc omnia adjicientur vobis*[75]. Sic certe non noverit sinistra quid faciat dextera. Cum enim mens puro Deo placendi desiderio affecta, totisque nitens viribus ne ab officio recedat, legitime decertat; tunc sane nullius neque membri alicujus recordatur, nisi ejus quod ad præsens opus usu veniat; haud secus atque artifex, qui quovis tempore solum sibi necessarium instrumentum respicit. Insuper, si nulla incredulitatis in fide ratio subsit, nec lux possit esse tenebrarum causa, nec cum Christo diabolus commonstrari valeat; manifestum sane est neque cum ratione esse posse, id quod rationi omnino contrarium est. Quod si cum ratione prorsus esse non possit id quod est rationi contrarium; qui ad virtutum rationem evectus est, situm rationi contrarium nescit, sed unam virtutem cognoscit; atque ideo neque dexteram quoad excessum, neque sinistram quoad defectum novit. Utrobique enim occurrit quod rationi aperte contrarium est.

Orantes autem ne multum loquamini[76]. Longas hic orationes, sed non frequentes aversatur. Jubet enim sine intermissione orare.

[75] Matth. VI 33. [76] Matth. VI, 7.

A τρὶ ὑμῶν τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Συμβουλεύει δὲ ἡμῖν ὁ Μονογενὴς μὴ ποιεῖν τὴν ἐλεημοσύνην ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων· οὐχ ἵνα μέλλωμεν περιστέλλεσθαι τοὺς ἀδελφοὺς ἐν τῷ εὖ ποιεῖν τοῖς δεομένοις· ἀλλ' ἵνα μὴ μέλλωμεν θηρεύειν παροῦσαν δόξαν κατὰ τοὺς κενοδόξους Φαρισαίους· ἐκδέχεσθαι δὲ μᾶλλον παρὰ Θεοῦ τὴν ἀμοιβὴν ἐν τῷ μέλλοντι τῆς πιστῆς καὶ περισπουδάστου ἐλεημοσύνης, ὃς καὶ χαίρει οὐ τοσοῦτον ἐπὶ τῷ δόματι, ὅσον ἐπὶ τῇ πλουσίᾳ καὶ ἀγαθῇ προαιρέσει τοῦ μεταδιδόντος, ὡς ἔστι πληροφορηθῆναι ἐκ τῆς πενιχρᾶς χήρας βαλούσης τὰ δύο λεπτὰ εἰς τὸ γαζοφυλάκιον.

Σοῦ δὲ ποιοῦντος ἐλεημοσύνην, μὴ γνώτω, φησὶν, *ἡ ἀριστερὰ χεὶρ τί ποιεῖ ἡ δεξιά.* Τουτέστι μὴ εἰδέναι τὰ τῆς σαρκὸς θελήματα τὴν σκέψιν τοῦ B ἁγίου Πνεύματος. Πῶς δὲ καὶ οἷόν τέ ἐστι τοῦ ποιοῦντος τὴν ἐλεημοσύνην, τὴν ἀριστερὰν χεῖρα μὴ συνεργεῖν εἰς τὸ ἔργον τῆς εὐποιΐας; Χρὴ γὰρ παντὶ πάντως τὰς ἑκατέρας χεῖρας συνεργεῖν ἀλλήλαις εἰς τὴν εὐποιΐαν. Τῆς γὰρ ἀριστερᾶς χειρὸς κατεχούσης τὸ χρῆμα, ἤτοι τὸ βαλάντιον, ἡ δεξιὰ χεὶρ σπείρει τὸν καλὸν σπόρον εἰς τὴν χώραν τῆς καρδίας τῶν πενήτων, ἵνα θερίσῃ στάχυν μὴ καλάμῃ προσανατεταμένον, ἀλλὰ τὴν προηρτημένην τῷ σταυρῷ ἀΐδιον καὶ ἀθάνατον ζωήν. Οὐ βούλεται δὲ ὁ Μονογενὴς εἰδέναι τοὺς σαρκικοὺς λογισμοὺς τί ποιεῖ ἡ δεξιὰ χεὶρ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἵνα μή ποτε τῇ ἀγαθῇ προθέσει καὶ τῇ πλουσίᾳ προαιρέσει προσεμποδίζωσι λέγοντες· Ὀφείλομεν ἔχειν πολλῶν ἐτῶν τροφὴν καὶ ἀναλώματα. ἱμάτια διάφορα, οἴκους κεκαλλωπισμένους, παράθεσιν ἀργυρέαν, χρυσίον ἐναπόθετον, ἀνδράποδα εἰς ὑπηρεσίαν, χωρία καὶ ἀγροὺς εἰς προσόδους. Τὰ γὰρ δεξιὰ μέρη τοῦ ἁγίου Πνεύματος οὐδὲν C τούτων φροντίζουσιν ἢ ἐνθυμοῦνται τὸ σύνολον, πιστεύοντα τῇ δεσποτικῇ φωνῇ· *Ζητεῖτε πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν.* Καὶ οὕτω δ' ἂν οὐ γνώσεται ἡ ἀριστερὰ τί ποιεῖ ἡ δεξιά. Ὅταν γὰρ ὁ νοῦς ἀμετεωρίστῳ καὶ τεταμένῃ ἐπιθυμίᾳ τῆς πρὸς Θεὸν εὐαρεστήσεως, ἐξ ὁλοκλήρου ἀγωνιῶν μὴ ἐκπέσῃ τοῦ προσήκοντος, ἀγωνίζεται νομίμως· τότε οὐδενὸς οὔτε μέλους ἑτέρου λαμβάνει ἔννοιαν, εἰ μὴ μόνον τοῦ χρησιμεύοντος εἰς τὸ προκείμενον, ὡς ὁ τεχνίτης καθ' ἕκαστον κτιρὸν, ἐμβλέπων μόνῳ τῷ χρησιμεύοντι αὐτῷ σκεύει. Ἔτι εἰ οὐδεὶς ἀπιστίας ἐν τῇ πίστει λόγος, οὐδὲ σκότους αἴτιον κατὰ φύσιν ὑπάρχει τὸ φῶς, οὐδὲ Χριστῷ D συνενδείκνυσθαι πέφυκεν ὁ διάβολος· δῆλον, ὡς οὐδὲ τῷ λόγῳ συνυπάρχει τὸ παρὰ παντὶ παράλογον. Εἰ δὲ τῷ λόγῳ συνεῖναι παντελῶς οὐ δύναται τὸ παράλογον, ὁ πρὸς τὸν λόγον τῶν ἀρετῶν ἀναχθεὶς τὴν παρὰ τὸν λόγον οὐκ ἐπίσταται θέσιν, μόνην δὲ γινώσκει τὴν ἀρετήν· καὶ διὰ τοῦτο οὔτε δεξιὰν διὰ τῆς ὑπεροχῆς, οὔτε ἀριστερὰν διὰ τῆς ἐλλείψεως ἐπίσταται. Ἐπ' ἀμφοῖν γὰρ θεωρεῖται σαφῶς τὸ παράλογον.

Προσευχόμενοι δὲ μὴ βαττολογήσητε. Μακρὰς ἐνταῦθα ἀποτρέπεται εὐχάς· ἀλλ' οὐ πολλάς. Ἀδιαλείπτως γὰρ κελεύει προσεύχεσθαι.

Digitized by Google

(15) Ἀθανασίου Ἀλεξανδρείας,

Περὶ τοῦ μὴ θησαυρίζειν ἐπὶ γῆς, βίβλος τῆς ἑρμηνείας τοῦ κατὰ Ματθαῖον, λόγος Θ'.

Μὴ θησαυρίζητε ὑμῖν θησαυροὺς ἐπὶ τῆς γῆς, φησὶν ὁ Χριστὸς, ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει, καὶ ὅπου κλέπται διορύσσουσι καὶ κλέπτουσι. Θησαυρίζετε δὲ ὑμῖν θησαυροὺς ἐν οὐρανοῖς· ὅπου σὴς καὶ βρῶσις οὐκ ἀφανίζει, καὶ ὅπου κλέπται οὐ διορύσσουσιν, οὐδὲ κλέπτουσιν. Οἱ δὲ ἐπακούσαντες τούτων τῶν ῥημάτων εἶπον· Καλή ἐστι σφόδρα ἡ συμβουλία καὶ ἀπόδεκτος ἡ γνώμη, τοῦ παρὰ τὴν γῆν μᾶλλον ἐν οὐρανοῖς ἀποθησαυρίζειν τὰ παρόντα τοῦ βίου. Ἀλλὰ πῶς θήσομεν τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον ἐν οὐρανοῖς, ἀμηχανοῦμεν. Ἔστι γὰρ σφόδρα ὑψηλὸς ὁ οὐρανὸς, καὶ οὐ δυνάμεθα τῇ χειρὶ ἐφικέσθαι αὐτοῦ. Οὔτε δὲ ὁρῶμεν ἐκείνην τὴν κλίμακα, ἣν ἐθεάσατο ὁ πατριάρχης Ἰακὼβ, ἵνα δι' αὐτῆς ἀνελθόντες ἀποθησώμεθα ἐν τῷ οὐρανῷ τὰ ὑπάρχοντα ἡμῶν. Ὁ δὲ Κύριος· Κἂν ὁ οὐρανός ἐστι σφόδρα ὑψηλὸς, δύνασθε εἰς αὐτὸν ἀποθησαυρίσαι τὸν ἀσυλαγώγητον θησαυρὸν τῆς δικαιοσύνης. Δὸς πτωχῷ καὶ πένητι ὧν χρῄζει, καὶ εὑρήσεις αὐτὰ ἀποκείμενα ἐν τῷ οὐρανῷ σῶα, ἀμόλυντα, ἀδιάφθορα. Ἔχεις δὲ καὶ κλίμακα διήκουσαν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν, τὸν σωτήριον σταυρόν· ἀναβαθμίδες δὲ τὰ δόγματα τῶν ἀχράντων Εὐαγγελίων. Ἀνάβηθι οὖν δι' αὐτῶν εἰς τὰς ἐπουρανίους μονὰς, ἵνα δοξασθῇς εἰς τὸν αἰῶνα. Πρόσεχε δὲ καὶ τῷ λεγομένῳ παρ' ἐμοῦ· *Ὁ λύχνος τοῦ σώματός σου ἐστὶν ὁ ὀφθαλμός σου. Εἰ ὁ ὀφθαλμός σου ἁπλοῦς ἐστιν, ὅλον τὸ σῶμά σου φωτεινὸν ἔσται· ἐὰν δὲ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρός ἐστιν, ὅλον τὸ σῶμά σου σκοτεινὸν ἔσται.* Γίνεται δὲ τὸ σῶμα σκοτεινὸν, τοῦ ὀφθαλμοῦ πονηροῦ ὄντος, οὐ παρὰ τὴν αἰτίαν τοῦ δημιουργοῦ· πάντα γὰρ ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεὸς καλὰ λίαν· ἀλλὰ παρὰ τὸν μοχθηρὸν καὶ ἐθελόκακον τρόπον τοῦ κεκτημένου αὐτόν. Ὀφθαλμὸν δὲ πονηρὸν ἀκούων, συνετὲ ἀκροατὰ, νόει εἶναι μὴ τὸν ὄντα ἐν τῇ κεφαλῇ, ἀλλὰ τὸν ὑπάρχοντα πονηρὸν λογισμὸν ἐν τῇ ἀφωτίστῳ καρδίᾳ. Εἰ δὲ καὶ συμβαίη τὸν σωματικὸν ὀφθαλμὸν σκοτισθῆναι ἐκ πολλῆς φορᾶς ῥεύματος καὶ ὀδύνης τοῦ κρανίου· ἀλλ' οὔτε ἡ σωματικὴ τύφλωσίς τινα ἀποξενοῖ τῶν μελλόντων καὶ ἀϊδίων ἀγαθῶν.

A

Athanasii Alexandrini,

Quod *non sit thesaurizandum in terra*, liber interpretationis Evangelii secundum Matthæum : sermo IX.

Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, inquit Christus, *ubi ærugo et tinea demolitur, et ubi fures effodiunt et furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cœlis : ubi neque ærugo, neque tinea demolitur ; et ubi fures non effodiunt, nec furantur* [77]. Qui porro hujusmodi verba audierunt, dixere : Probum utique consilium, probabilisque sententia, ut in cœlis potius quam in terra bona præsentia recondantur. Verum quo pacto aurum argentumve reponamus in cœlis, nulla sane ratio subest. Nam sublime admodum est cœlum, ut ipsum manu B contingere nequeamus. Neque enim scalam illam conspicimus, quam vidit patriarcha Jacob, ut ea concensa, bona nostra reponamus in cœlo. Ad hæc Dominus : Etiamsi admodum excelsum sit cœlum, potestis tamen ibi thesaurum justitiæ nunquam expilandum reponere. Da pauperi et inopi quæ opus ipsi sunt, et ea ipsa in cœlo reposita invenies, salva, immaculata, incorrupta. Habes quoque scalam, quæ a terra ad cœlum usque pertingit, videlicet salutarem crucem ; gradus vero, intemeratorum Evangeliorum dogmata. Per ipsa igitur ad cœlestes mansiones conscende, ut æterna gloria afficiaris. Animadverte illud a me dictum : *Lucerna corporis tui est oculus : si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit ; sin autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum* C *tenebrosum erit* [78]. Corpus vero tenebrosum efficitur, si oculus nequam est, non opificis vitio : omnia enim quæcunque fecit Dominus admodum bona sunt ; sed ob improbos perversosque mores ejus, cujus est oculus. Cum porro nequam oculum audis, prudens auditor, ne oculum capiti hærentem intelligas, sed pravam cogitationem in tenebroso corde latentem. Quod si contingat corporeum oculum ex copioso fluxu ac dolore cranii obscurari ; at corporea cæcitas a futuris ac sempiternis bonis nullum amovet.

(16) Ἀθανασίου,

Εἰς τό· *Οὐχὶ ἡ ψυχὴ πλεῖόν ἐστι τῆς τροφῆς, καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος;*

Διαφέρει δὲ ἡ ψυχὴ τῆς τροφῆς, καθὸ αὕτη μέν ἐστι πνεῦμά τι ζωτικόν· ἡ δὲ τροφὴ γηΐνη καὶ εὐδιάλυτος· τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος, ἐπεὶ τὸ μέν ἐστιν ἔργον θεΐκῶν χειρῶν, τὸ δὲ πόκος ἀλόγου βοσκήματος. Πολλοὶ δὲ, ἀκούοντες ψυχὴν ἐσθίουσαν, ξενίζονται ἐπὶ τῷ λόγῳ, ὁρῶντες τὴν χεῖρα τῷ στόματι κομίζουσαν τὰ σιτία. Ἀλλὰ σὺ, ἀγαπητὲ, μὴ ξενισθῇς ψυχὴν ἀκούων ἐσθίουσαν. Καὶ γὰρ οὕτως ἐστὶ καὶ

D

Athanasii,

In illud : *Nonne anima plus est quam esca, et corpus plus quam vestimentum* [79] ?

Differt autem anima ab esca, quatenus hæc quidem est spiritus vivificans ; illa vero terrena est facileque solvitur. Corpus vero præstat vestimento, quia illud quidem divinarum manuum opificium est, hoc vero, vellus pecoris irrationabilis. Multi porro audientes comedentem animam, ob vocis insolentiam stupent, dum vident manum ori alimenta admovere. At tu, dilecte, ne mireris, dum animam

[77] Matth. VI, 19, 20. [78] Matth. VI, 22. [79] ibid 25.

(15) Hæc prodeunt ex cod. Reg. 1993.
(16) Prodeunt hæc ex codice Reg. 1993, fol. 86, editis multum absimilia et longe auctiora.

Digitized by Google

comedere audis. Ita sane neque alio modo res se habet. Comedit porro anima quæ ori immittuntur : quia ex natura sua calida est, juxta Sapientiæ verbum : *Anima calida est ut ignis accensus* [80]. Sicut ergo ignis immissa in lebetem concoquit; eodem modo ignea anima, alimenta in ventrem inducta digerit et absumit. Etiamsi porro ψυχή, id est anima, vocetur; non ita dicitur quod sit natura sua ψυχρά, id est frigida, ut ex simplicioribus quidam arbitrati sunt; sed quia ex multo calore, humida exsiccat; quod etiam ex solis vi et efficacia planum evadit : nam cum calidus igneusque sit, lutum exsiccat, humidumque omne in vaporem solvit. Quod autem anima ex natura sua calida sit, vel mortuorum exemplo, frater, persuasum habeas. Etenim, cum anima a corpore separata est, rigent omnia membra, nihilominus quam hiberna glacies, niveque frigidiora evadunt. Ex iis item quæ tempore famis contingunt, potes quoque rem propositam comprobare : donec enim anima cibi copia fruitur, corpus viget sane valetque viribus; at deficiente cibo, ipsum corpus absumit et corrumpit. Neque enim potest corpus absque cibo animæ calori obsistere, quemadmodum neque vas æneum clibano impositum ignis vehementiam sine aqua ferre valet; prorsus enim funditur et liquescit. Eodem prorsus modo lebes corporis, deficiente cibo, ab ignea anima absumptus omnino pessumdatur. In summa autem eo maxime spectat illud Domini effatum : *Nolite solliciti esse animæ vestræ quid manducetis, aut corpori vestro quid induamini* [81]; quia plus est anima quam esca, et corpus plus quam vestimentum [82]. Si itaque Dei gratia præstantioribus majoribusque bonis affecti sumus, multo magis hisce minoribus vilioribusque replebimur.

Quærite primum regnum Dei [83]. Regnum Dei nihil aliud est quam futurorum bonorum possessio; id est, Dei contemplatio ac cognitio, quantum humanæ est facultatis.

S. Athanasii, quod non judicandum sit, ex Evangelio secundum Matthæum.

Nolite judicare, ut non judicemini; in quo enim judicio judicabitis, judicabimini : et in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis [84]. Ait vero Dominus ea ipsa atque æqualia iis accidere qui judicant, atque iis qui metiuntur : non quemadmodum aiunt hæretici, se ipsos in errorem deducentes, *non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant* [85]. Illi namque per insanos atque perniciosos pœnitentiæ ritus pecuniæ quæstum aucupantes, aiunt non judicandum sive damnandum esse eum qui peccata mortalia admittit : ait quippe Dominus : *Nolite judicare ut non judicemini*. Quod si ita se res habet ut affirmant ipsi, Noe sane vir justus damnatus fuit, quod derisorem Chamum judicave-

οὐκ ἄλλως πως. Ἔσθίει δὲ ψυχὴ τὰ παραπεμπόμενα τῷ στόματι· ἐπεί ἐστι τὴν φύσιν θερμὴ κατὰ τὸν λόγον τῆς Σοφίας· *Ψυχὴ θερμὴ ὡς πῦρ καιόμενον.* Ὥσπερ οὖν τὸ πῦρ τὰ βαλλόμενα εἰς τὸν λέβητα ἔψει, οὕτως καὶ ἡ πυρώδης ψυχὴ τὰ παραπεμπόμενα σιτία τῇ κοιλίᾳ λεπτύνει καὶ δαπανᾷ. Κἂν δὲ ψυχὴ λέγηται, οὐ λέγεται διὰ τὸ εἶναι ψυχρὰ τῇ οὐσίᾳ, ὥς τινες τῶν ἁπλουστέρων ᾠήθησαν, ἀλλὰ διὰ τὸ ἐκ πολλῆς θερμότητος ἀναξεραίνειν αὐτὴν τὰ ὑγρά, ὡς ἔστιν πληροφορηθῆναι καὶ ἐκ τῆς ἐνεργείας τοῦ ἡλίου· ὧν γὰρ θερμὸς καὶ πυρώδης, πηλὸν ξηραίνει, καὶ πᾶν ὑγρὸν ἀνιμᾶται. Ὅτι δὲ ἡ ψυχὴ θερμή ἐστι κατὰ φύσιν, πείθου, ἀδελφὲ, καὶ ἐκ τῶν ἀποθνησκόντων. Ἢ γὰρ ἀποχωρισθῇ ἡ ψυχὴ ἀπὸ τοῦ σώματος, πάντα τὰ μέλη εὑρίσκονται κρυσταλλώδη, καὶ οὐδὲν ἧττον πάγου χειμερίου ἢ χιόνος ψυχρότερα. Καὶ δὴ ἀπὸ τῶν λιμῶν ἔστι δοκιμάσαι τὸ λεγόμενον· ἕως γὰρ ἔχει ἡ ψυχὴ τὴν τροφὴν εἰς ἀφθονίαν, τὸ σῶμα θάλλει καὶ ἁδρύνεται· ὁπηνίκα δὲ ἀπορήσει σιτίων, αὐτὸ τὸ σῶμα κατεσθίει καὶ φθείρει. Οὐ γὰρ δύναται τὸ σῶμα ἄνευ τροφῆς ἀντέχειν πρὸς τὴν θερμότητα τῆς ψυχῆς, ὡς οὔτε ἀγγεῖον χαλκοῦν ἐστὼς ἐπὶ κλιβάνου οὐ δύναται ἄνευ ὕδατος φέρειν τὴν σφοδρότητα τοῦ πυρός· ἐκφρύγεται γὰρ καὶ διαλύεται τέλειον. Οὕτω γοῦν καὶ ὁ λέβης τοῦ σώματος, μὴ ἔχων τὴν τροφὴν, παρὰ τῆς πυρώδους ψυχῆς ὑπολικμώμενος ἀπόλλυται παντάπασι. Κεφάλαιον δὲ πᾶν ἐπὶ πᾶσι τὸ λεχθὲν πρὸς τοῦ Κυρίου· *Μὴ μεριμνήσητε τῇ ψυχῇ ὑμῶν τί φάγητε, ἢ τῷ σώματι τί ἐνδύσησθε·* ἐπὶ πλεῖόν ἐστιν ἡ ψυχὴ τῆς τροφῆς, καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος. Εἰ τοίνυν τῶν κρειττόνων καὶ μειζόνων ἠξιώθημεν τῇ χάριτι τοῦ κρείττονος, πολλῷ μᾶλλον τῶν βραχυτέρων καὶ καταδεεστέρων ἐμπλησθῶμεν.

Ζητεῖτε δὲ πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Βασιλεία Θεοῦ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἀλλ' ἢ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἡ ἀπόλαυσις· τουτέστιν ἡ τοῦ Θεοῦ θεωρία τε καὶ γνῶσις, ὅσον ἐφικτὸν τῇ ἀνθρωπίνῃ ψυχῇ.

(17) *Περὶ τοῦ μὴ κρίνειν, τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου, τοῦ μακαρίου Ἀθανασίου.*

Μὴ κρίνετε, καὶ οὐ μὴ κριθῆτε· ἐν ᾧ γὰρ κρίματι κρίνετε, κριθήσεσθε· καὶ ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. Λέγει δὲ ὁ Κύριος τὰ αὐτὰ καὶ τὰ ἴσα πάσχειν τὸν κρίνοντα καὶ τὸν μετροῦντα, οὐ καθὼς φασιν αἱρετικῶν παῖδες ψευδόμενοι ἑαυτοὺς, καὶ *μὴ εἰδότες τί λέγουσιν, ἢ περὶ ὧν διαβεβαιοῦνται.* Οὗτοι γὰρ ἐμπορευόμενοι τὰ χρήματα διὰ τῶν ἀνοήτων καὶ ἐπιζημίων μετανοιῶν θέλουσι λέγειν, ὅτι οὐ δεῖ κρίνειν τὸν δράσαντα θανατικὰς ἁμαρτίας. Εἶπε γὰρ ὁ Κύριος· *Μὴ κρίνετε, καὶ οὐ μὴ κριθῆτε.* Εἰ δὲ οὕτως ἦν καθὼς ἐκεῖνοι διισχυρίζονται, πάντως ἂν ὁ δίκαιος Νῶε κατεκρίθη κρίνας τὸν χλευαστὴν Χὰμ τοῦ εἶναι δοῦλον τῶν ἀδελφῶν. Ὁ δὲ Μωϋσῆς, κρίνας τὸν συλλέξαντα τὰ ξύλα ἐν τῷ

[80] Eccli. XXIII, 22. [81] Matth. VI, 25. [82] ibid. [83] ibid. 33. [84] Matth. VII, 1. [85] I Tim. I, 7.

(17) Ex codice Ambrosiano 27, X sæculi egregiæ notæ; et ex Reg. 1993, item X sæculi

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

σαββάτῳ, ἐκέλευσεν ἔξω τῆς παρεμβολῆς λίθοις αὐτὸν ἀποθανεῖν· ὁ δὲ διάδοχος αὐτοῦ Ἰησοῦς κρίνας καὶ τὸν Ἀχαν διὰ τῆς κλοπῆς πανοικὶ ἐξωλόθρευσεν. Ὁ δὲ Φινεὲς διὰ τὴν πορνείαν τὸν Ζαμβρὶ κρίνας, σειρομάστῃ ἐξεκέντησε. Καὶ ὁ Σαμουὴλ τὸν Ἀγὰγ τὸν βασιλέα τῶν Ἀμαληκιτῶν ἀνεῖλεν ἐνώπιον Κυρίου. Ὁ δὲ Ἠλίας κρίνας τοὺς ψευδοπροφήτας, ὡς χοίρους ἐν τῷ χειμάρρῳ ἀπέσφαξεν. Καὶ ὁ Ἐλισσαῖος, κρίνας τὸν Γιεζῆ διὰ τὴν λῆψιν τῶν χρημάτων, λεπρὸν ἀνέδειξεν. Ὁ δὲ Δανιὴλ, κρίνας τοὺς ἀκολάστους γέροντας ἕνεκεν τῆς συκοφαντίας, νόμῳ Μωσαϊκῷ ἐτιμωρήσατο. Καὶ ὁ Πέτρος, λαβὼν τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, τὸν Ἀνανίαν μετὰ τῆς γυναικὸς νοσφισαμένους ἐκ τοῦ ἰδίου κτήματος, κρίνας, παραυτὰ ἐποίησεν αὐτοὺς ἀποψύξαι. Καὶ ὁ Παῦλος ἔκρινεν Ἀλέξανδρον τὸν χαλκέα εἰπών· *Ἀποδώσει αὐτῷ Κύριος κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.* Ὑμεναῖον δὲ καὶ Φιλητὸν παρέδωκε τῷ Σατανᾷ, ἵνα παιδευθῇ μηκέτι βλασφημεῖν. Αἰτιᾶται δὲ καὶ μὴ κρινούσας Ἐκκλησίας τῶν Κορινθίων φήσας· *Οὐκ ἔστιν ἐν ὑμῖν σοφὸς ὃς δυνήσεται κρῖναι ἀναμέσον τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ; ἢ ὅτι οὐκ οἴδατε, ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν;* Εἰ τοίνυν πάντες οἱ δίκαιοι, κρίναντες, οὐ κατεκρίθησαν, μᾶλλον δὲ ἐκλεγέντες εἰς τὴν πνευματικὴν διακονίαν ἐξελέγησαν· πῶς οὐ δεῖ κατ' αὐτοὺς κρίνειν; Εἶπεν οὖν ὁ Κύριος· *Μὴ κρίνετε, καὶ οὐ μὴ κριθῆτε·* οὐχ ἵνα μέλλωμεν ἀκρίτως τι πράττειν ἢ ποιεῖν, ἀλλὰ διὰ τὸ τοὺς Φαρισαίους καὶ Γραμματεῖς κρίνειν μὲν ἀλλήλους, ἑαυτοὺς δὲ μὴ διορθοῦσθαι. Οἷον ἔκριναν τὸν φονέα ἀποθανεῖν κατὰ τὸν νόμον, αὐτοί τε καὶ προφήτας παρανόμως θανατοῦντες· ἔκριναν τὸν μοιχὸν ὡς μοιχὸν κολασθῆναι, καὶ αὐτοὶ ὡς ἵπποι θηλυμανεῖς ἐχρεμέτιζον ἐπὶ τὰς ἀλλοτρίας γυναῖκας· ἔκριναν τὸν κλέπτην, αὐτοὶ ὄντες συλῶται τῶν ἀλλοτρίων χρημάτων. Ἦσαν δὲ καὶ *κώνωπα διυλίζοντες καὶ τὴν κάμηλον καταπίνοντες.* Ὅτι δὲ τοιοῦτοι ἦσαν οἱ Φαρισαῖοι καὶ οἱ Γραμματεῖς, φανερὸν ἐκ τοῦ λέγειν τὸν Κύριον διὰ τῶν ἑξῆς πρὸς ἕνα ἕκαστον αὐτῶν· *Τί δὲ βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου, τὴν δὲ δοκὸν τὴν ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου οὐ κατανοεῖς; Ἢ πῶς λέγεις τῷ ἀδελφῷ σου· Ἄφες ἐκβαλῶ τὸ κάρφος ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου; Ὑποκριτά, ἔκβαλε πρῶτον ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου τὴν δοκὸν, καὶ τότε διαβλέψεις ἐκβαλεῖν τὸ κάρφος ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ τοῦ ἀδελφοῦ σου.* Εἰ δὲ αὐτὸς ἔχεις τὴν δοκὸν ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου τῆς ἀκολασίας, ὢν τυφλὸς, πῶς δύνασαι ἀποστρέψαι τὸν πλησίον σου ἀπὸ τοῦ κάρφους τῆς μικρᾶς ἁμαρτίας; Ὁ δὲ θεσπέσιος Παῦλος, γράφων Ῥωμαίοις, καὶ αὐτὸς λέγει περὶ τῶν τοιούτων ὑποκριτῶν, καὶ σχηματιζομένων τὴν εὐσέβειαν· *Ὁ διδάσκων τὸν ἕτερον, ἑαυτὸν οὐ διδάσκεις· ὁ κηρύσσων μὴ κλέπτειν, κλέπτεις· ὁ λέγων μὴ μοιχεύειν, μοιχεύεις· ὁ βδελυσσόμενος τὰ εἴδωλα, ἱεροσυλεῖς· ὃς ἐν νόμῳ καυχᾶσαι διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου, τὸν Θεὸν ἀτιμάζεις·* καὶ πάλιν· *Ἐν ᾧ γὰρ κρίματι κρίνεις τὸν*

rit damnaveritque, ut esset fratrum servus [86]. Moyses, item lato judicio in eum qui ligna collegerat die sabbati, jussit eum extra castra lapidibus necari [87]. Ejus quoque successor Jesus, sententia in Achan ob furtum prolata, cum domus supellectile tota exterminavit ipsum [88]. Phinees etiam Zambri fornicationis causa damnans, ipsum hasta confodit [89]. Samuel Agag regem Amalecitarum interemit in conspectu Domini [90]. Elias falsos prophetas damnatos, quasi porcos in torrente jugulavit [91]. Elisæus Giezi acceptæ pecuniæ reum damnavit, effecitque leprosum [92]. Daniel vero lascivos senes sycophantiæ causa ab se damnatos, juxta legem Mosaicam ultus est [93]. Petrus autem, qui accepit claves regni cœlorum [94], Ananiam cum uxore, quod partem pecuniæ ex vendita propria possessione subduxissent, damnans, exstinctos subito cadere fecit [95]. Et Paulus quoque Alexandrum fabrum judicavit dicens : *Reddet illi Dominus secundum opera sua* [96]. Hymenæum vero atque Philetum tradidit Satanæ, ut ediscerent non ultra blasphema effari. Arguit autem Ecclesias Corinthiorum, quod non judicaverint, his verbis : *Non est inter vos sapiens quisquam, qui possit judicare inter fratrem suum? An nescitis quia angelos judicabimus* [97]? Si itaque omnes justi, qui judicaverunt, non ideo condemnati, imo vero ad spirituale ministerium allecti et cooptati sunt, quare non ut illi judicandum esse censeamus? Ait itaque Dominus : *Nolite judicare, ut non judicemini*, non ideo sane ut quid faciamus vel admittamus, de quo judicium non feramus ; sed quia Pharisæi et Scribæ se mutuo judicabant et damnabant, ipsi vero non sese emendabant. Sic homicidam illum, secundum legem, capitis damnarunt, cum ipsi interea prophetas inique trucidarent ; mœchum adulterii causa pœnas luere decreverunt, cum ipsi ceu equi lascivi hinnirent ad alienas uxores [98] : sententiam in furem tulerunt, ipsi raptores pecuniæ alienæ. Erantque *excolantes culicem, et deglutientes camelum* [99]. Quod autem tales fuerint Pharisæi atque Scribæ, palam est ex iis quæ singulis eorum in sequentibus ait Dominus : *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo est, non consideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo : Sine ejiciam festucam de oculo tuo? Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo, et tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui* [1]. Quod si tu in oculo tuo habes intemperantiæ et libidinis trabem, ita ut cæcutias, qui possis proximum tuum avertere a festuca levis cujusdam peccati? Divinus autem Paulus ad Romanos scribens, de hypocritis hujusmodi, qui pietatem emendantiuntur, talia fatur : *Qui alium doces, teipsum non doces ; qui prædicas non furandum, furaris ; qui dicis non mœchandum, mœcharis ; qui abominaris idola, sacra expilas ; qui in lege gloriaris, per præ-*

[86] Gen. IX, 26. [87] Num. XV, 35. [88] Josue VII, 25. [89] Num. XXV, 8. [90] I Reg. XV, 33. [91] III Reg. XVIII, 40. [92] IV Reg. V, 27. [93] Dan. XIII, 62. [94] Matth. XVI, 18. [95] Act. V, 1-10. [96] II Tim. IV, 14. [97] I Cor. VI, 5. 3. [98] Jerem. V, 8. [99] Matth. XXIII, 24. [1] Matth. VII, 3-5.

Digitized by Google

varicationem legis Deum inhonoras [a]. Et rursum : *In quo enim judicio judicas alterum, teipsum condemnas : eadem enim agis qui judicas* [b]. Sicut et transgressores Paschatis, per Paschatis prævaricationem Christum inhonorant, cujus est Pascha. In qualibet igitur re, qui alium judicat, siquidem is idipsum peragat, seipsum judicat; velut duo illi senes, qui cum de Susanna quasi adultera judicium tulissent eamque damnassent, secundum Mosaicam legem, adulterii ipsi quoque damnati sunt. Pharao autem in qua mensura mensus est, remensum est ipsi : qui enim pueros in fluvio demergi ac suffocari jusserat, ipse quoque submersus periit in mari Rubro. Sacerdotes vero qui Zachariam ad altare trucidarunt, ipsi quoque sub altari a Romanis jugulati sunt : ut ediscas quod in qua mensura quis mensus fuerit, in eadem remetietur ei; et per quæ quis peccaverit, per hæc et punietur.

A ἕτερον, ἑαυτὸν κατακρίνεις· τὰ γὰρ αὐτὰ πράσσεις ὁ κρίνων. Ὡς καὶ οἱ παραβάται τοῦ Πάσχα διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ Πάσχα τὸν Χριστὸν ἀτιμάζουσιν, οὗ ἐστι τὸ Πάσχα. Ἐν ᾧ οὖν τις κρίνει τὸν ἕτερον, καὶ δρᾷ τὰ αὐτά, ἑαυτὸν κρίνει· ὡς καὶ οἱ δύο πρεσβύτεροι· κρίναντες γὰρ τὴν Σωσάνναν ὡς μοιχαλίδα, ἐκρίθησαν ὄντες αὐτοὶ μοιχοὶ κατὰ τὸν Μωσαϊκὸν νόμον. Ὁ δὲ Φαραὼ ἐν ᾧ μέτρῳ ἐμέτρησεν ἀπεμετρήθη αὐτῷ· ἀποπνίξας γὰρ τὰ βρέφη ἐν τῷ ποταμῷ, καὶ αὐτὸς ὑποβρύχιος ἀπώλετο ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς, φονεύσαντες τὸν Ζαχαρίαν παρὰ τὸ θυσιαστήριον, καὶ αὐτοὶ ὑποκάτω τοῦ θυσιαστηρίου παρὰ τῶν Ῥωμαίων ἐσφάγησαν· ἵνα μάθῃς, ὅτι ᾧ μέτρῳ τις μετρεῖ, τούτῳ καὶ ἀντιμετρεῖται αὐτῷ· δι' ὧν δὲ καὶ τις ἁμαρτάνει, διὰ τούτων καὶ κολάζεται.

Athanasii,

De incontaminatis mysteriis.

Nolite sancta dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ait Christus [c]. Id sane recti judicii est. Neque enim Dominus indiscriminatim ac sine distinctione dixit : Date sancta et margaritas omnibus; sed, *Nolite dare sancta canibus*, id est malis operariis, dicente Apostolo : *Videte canes, videte malos operarios, videte porcos* [d]; quo significantur libidinosi homines. Neque abs re sane, sed admodum congruenter porcis libidinosi comparantur. Quemadmodum enim si quis porcum ex cœno eduxerit, id sibi porcus damno esse arbitratur; ita si quis libidinosum ex cœno voluptatis avertat, is temperantiæ consiliarium non amici, sed adversarii loco habet. Ne projiciamus ergo nostras incontaminatorum mysteriorum margaritas ante homines porcis similes. At dicet quispiam : Sacrorum participes esse volunt, et sunt tamen canes impudentes, et porci volutati in cœno voluptatis : tu vero ne dederis. Nam ægri quoque aquam postulant, sed medici vetant; tyranni regiam purpuram expetunt, sed illius custodes, periculum suspicantes, non concedunt. Vide ergo tu quoque, diacone, ne indignis purpuram impeccabilis corporis præbeas; ne rationi reddendæ, non secundum Romanas leges, sed secundum Domini dicta, obnoxius sis. *Nolite*, igitur, *sancta dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis*, inconsideratis scilicet cogitationibus, *et conversi dirumpant vos* [e], schismata hæresesque facientes.

B (18) Ἀθανασίου,

Περὶ τῶν ἀχράντων μυστηρίων.

Μὴ δότε τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ, μηδὲ βάλετε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, φησὶν ὁ Χριστός. Καὶ γὰρ τοῦτο κρίσεώς ἐστιν ὀρθῆς. Οὔτε δὲ ἔφησεν ὁ Κύριος ἀδιορίστως ἢ χωρὶς διαστολῆς· Δότε τὰ ἅγια καὶ τοὺς μαργαρίτας τοῖς πᾶσιν· ἀλλά· Μὴ δότε τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ, τοῖς κακοῖς ἐργάταις, λέγοντος τοῦ Ἀποστόλου· Βλέπετε τοὺς κύνας, βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας, βλέπετε τοὺς χοίρους, οἵτινές εἰσιν οἱ ἀκόλαστοι. Τοῖς δὲ χοίροις παραβάλλονται οἱ ἀκόλαστοι οὐκ ἀπεικότως, ἀλλ' οἰκείως καὶ προσηκόντως. Ὥσπερ γὰρ τὸν χοῖρον ἐάν τις ἀποσπάσῃ τοῦ βορβόρου, καὶ νομίζει ζημιοῦσθαι· οὕτω καὶ τὸν ἀκόλαστον ἐάν τις ἀποστρέψῃ ἀπὸ τοῦ βορβόρου C τῆς ἡδονῆς, λογίζεται τὸν συμβουλεύοντα τὴν σωφροσύνην εἶναι ἐχθρὸν, ἤπερ φίλον. Μὴ βάλωμεν οὖν τοὺς μαργαρίτας ἡμῶν τῶν ἀχράντων μυστηρίων ἔμπροσθεν τῶν χοιροτρόπων ἀνθρώπων. Ἀλλὰ φησι· Θέλουσι μεταλαμβάνειν τῶν ἁγίων· καί εἰσι κύνες ἀναιδεῖς, καὶ χοῖροι ἐγκαλινδούμενοι τῇ ἡδονῇ. Ἀλλὰ σὺ μὴ δῷς. Καὶ γὰρ οἱ νοσοῦντες ὕδατος ἐπιθυμοῦσιν· ἀλλ' οἱ ἰατροὶ οὐκ ἐπιτρέπουσι· καὶ οἱ τύραννοι ποθοῦσι τὴν βασιλικὴν πορφύραν· ἀλλ' οἱ φυλάσσοντες αὐτὴν οὐ παρέχουσιν ὑφορώμενοι τὸν κίνδυνον. Βλέπε οὖν καὶ σὺ, διάκονε, μὴ ἀναξίοις ἐπιδῷῃς τὴν πορφύραν τοῦ ἀναμαρτήτου σώματος· ἵνα μὴ εὐθυνθῇς οὐ κατὰ τοὺς Ῥωμαϊκοὺς νόμους, ἀλλὰ κατὰ τοὺς δεσποτικοὺς λόγους. Μὴ δότε οὖν τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ, μηδὲ βάD λητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, μήποτε καταπατήσωσιν αὐτοὺς τοῖς ποσὶν αὐτῶν, τοῖς ἀλογίστοις λογισμοῖς, καὶ στραφέντες ῥήξωσιν ὑμᾶς, ποιήσαντες σχίσματα καὶ αἱρέσεις.

Athanasii Alexandrini,

De falsis prophetis.

Ait Dominus : *Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimento ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces : a fructibus eorum cognosce-*

(19) Ἀθανασίου Ἀλεξανδρείας,

Περὶ ψευδοπροφητῶν.

Εἶπεν ὁ Κύριος· Προσέχετε ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύματι προβάτου, ἔνδοθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες·

[a] Rom. II, 21-23. [b] ibid. I. [c] Matth. VII, 6. [d] Philipp. III, 2. [e] Matth. VII, 6.

(18) Ex codice Reg. 1993, X sæculi.

(19) Edit. Athan. p. 1026, ex codice Barocian.

Digitized by Google

ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. Ἐὰν οὖν τινα ἴδῃς, ἀδελφὲ, ὅτι ἔχει σχῆμα σεμνοπρεπὲς, μὴ πρόσχῃς, ὅτι ἐνδέδυται κώδιον προβάτου, ὅτι ὄνομα ἔχει πρεσβυτέρου, ἢ ἐπισκόπου, ἢ διακόνου, ἢ ἀσκητοῦ· ἀλλὰ τὰς πράξεις αὐτοῦ περιέργασαι· εἰ ἔστι σώφρων, εἰ ἔστι φιλόξενος, ἢ ἐλεήμων, ἢ ἀγαπητικὸς, ἢ ἐν προσευχαῖς καρτερικὸς, ἢ ὑπομονητικός· εἰ ἔχει κοιλίαν θεὸν, καὶ τὸν φάρυγγα ᾅδην, νοσῶν χρήματα, καὶ καπηλεύων τὴν θεοσέβειαν, ἄφες αὐτόν. Οὐ γάρ ἐστι ποιμὴν ἐπιστημονικὸς, ἀλλὰ λύκος ἁρπακτικός. Εἰ δὲ οἶδας τὰ δένδρα δοκιμάζειν ἀπὸ τῶν καρπῶν, ποῖά ἐστι τῇ φύσει, τῇ γεύσει, τῇ πιότητι· πολλῷ μᾶλλον ἀπὸ τῶν ἔργων ὀφείλεις δοκιμάζειν τοὺς χριστεμπόρους· ὅτι, φέροντες φημάριον εὐλαβείας, ψυχὴν κέκτηνται διαβολικήν. Εἰ δὲ καὶ ἀπὸ ἀκανθῶν οὐ συλλέγεις σταφυλὰς, ἢ ἀπὸ τριβόλων σῦκα, τί ὑπολαμβάνεις, ὅτι ἀπὸ παραβατῶν ἔχεις τι ἀγαθὸν ἀκοῦσαι, ἢ ἀπὸ προδοτῶν μαθεῖν τι χρήσιμον; Ἐκείνους τοίνυν ἀποστρέφου ὡς λύκους Ἀραβικοὺς, καὶ ἀκάνθας παρακοῆς, καὶ τριβόλους ἀδικημάτων, καὶ δένδρα πονηρά. Ἐὰν ἴδῃς συνετὸν, κατὰ τὴν συμβουλεύουσαν Σοφίαν, ὄρθριζε πρὸς αὐτὸν, καὶ σταθμοὺς θυρῶν αὐτοῦ ἐκτριβέτω ὁ ποῦς σου, ἵνα παρ' αὐτοῦ διδαχθῇς νόμου σκιαγραφήματα καὶ χαρίτων δωρήματα. Οὔτε δὲ λόγος σοφιστικὸς, ἢ σχῆμα ἐπιθετικὸν εἰσάγουσιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλὰ πίστις τελεία καὶ ἀπερίεργος μετὰ τῆς ἐναρέτου καὶ διαλαμπούσης προνοίας.

tis eos [7]. Si itaque quempiam videris, o frater, qui sit honesto indutus vestimento, ne attendas ipsi, etiamsi ovis pelle vestitus sit, et presbyteri, episcopi, diaconi vel ascetæ nomen habeat: sed ejus opera accuratius perpendas, an sit temperans, an hospitalis, an misericors, an charitatem habeat, an perseveret in orationibus, an sit patiens. Si deum ventrem habeat, et guttur infernum, divitiarum morbo laborans, pietatem pro quæstu habens, dimitte illum; non est enim pastor peritus, sed lupus rapax. Si autem nosti arbores ex fructibus probare, quænam scilicet sint natura, gustu, pinguedine; multo magis ex operibus periculum facere debes eorum, qui Christo ad quæstum utuntur; quia, dum aliquam sanctitatis famam præferunt, animam possident diabolicam. Quod si ex spinis non colligis uvas, nec ex tribulis ficus, quid opinaris posse te quid boni ex prævaricatoribus audire, et ex proditoribus quidpiam utile ediscere? Illos itaque aversare ut lupos Arabicos, et spinas inobsequentiæ, tribulos iniquitatis, arbores malas. Si videris sapientem aliquem, ex consilio Sapientiæ [8], mane vigila ad illum, stationes portarum ejus terat pes tuus, ut ab eo ediscas legis umbras, et gratiarum dona. Neque enim sophisticus sermo et habitus modestus introducunt in regnum cœlorum; sed fides perfecta ac minime curiosa, cum providentia virtutis plena et conspicua.

(20) *Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου.*

Ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν· ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστὸς, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστιν. Ἐντεῦθεν ὠφελημένος ὁ θεῖος Ἀπόστολος, *ὀγκώδη* τὴν ἁμαρτίαν ὠνόμασε *καὶ εὐπερίστατον.* Τί γὰρ βαρύτερον καὶ βλαβερώτερον ἁμαρτίας; ὥσπερ ἐκ τοῦ ἐναντίου, τί τῆς ἀρετῆς ἐλαφρότερον; *Ἡ μὲν γὰρ ἁμαρτία,* ὡς ἐν Παροιμίαις γέγραπται, *πολλοὺς τρώσασα, καταβάλλει τῷ βάρει, Σειραῖς τε τῶν ἑαυτοῦ ἁμαρτιῶν ἕκαστος σφίγγεται·* ἡ δὲ ἀρετὴ τοὺς ἀντιποιουμένους αὐτῆς ζωοποιεῖ καὶ εἰς ὕψος αἴρει, λέγοντος τοῦ Παροιμιαστοῦ· *Ξύλον ζωῆς ἐστι τοῖς ἀντιποιουμένοις αὐτῆς·* τοῦ δὲ Ψαλμῳδοῦ· *Ἀναλαμβάνων πραεῖς ὁ Κύριος.* Διὰ τοῦτο ἡ μὲν ἁμαρτία συμβολικῶς ἐπὶ ταλάντου διαμολίβδου καταιρομένη θεωρεῖται· ἐπειδὴ τοὺς χρωμένους αὐτῇ βυθίους καταφέρει εἰς τὸν ᾅδην· καὶ οἷς ἐνυπάρχουσιν οἱ σαρκικοὶ ὄγκοι καὶ αἱ τῆς σαρκὸς ἐπιθυμίαι, καὶ οὓς ἡ ἁμαρτία περίστηται, τούτοις οὐκ ἔστιν ἐλεύθερον πρὸς τὸν Θεὸν τὸ ὄμμα. Ὁ ζυγὸς τοίνυν τοῦ Σωτῆρος χρηστὸς καὶ τὸ φορτίον ἐλαφρόν. Καὶ πῶς, φησὶν, ἐλαφρὸν, ὅταν λέγῃ· *Ἐὰν μή τις μισῇ πατέρα ἢ μητέρα·* καὶ, *Ὃς οὐκ αἴρει τὸν σταυρὸν, καὶ ἀκολουθεῖ μοι, οὐκ ἔστι μου ἄξιος·* καὶ, *Ὃς οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσιν αὐτοῦ τοῖς ὑπάρχουσιν,*

Sancti Athanasii.

Tollite jugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris: jugum enim meum suave est, et onus meum leve [9]. Hinc utilitate percepta divinus Apostolus, *ponderosum et circumstans* peccatum appellavit [10]. Quid enim gravius et damnosius peccato? ut e contrario, quid levius et utilius virtute? nam *Peccatum*, ut in Proverbiis scriptum est, *vulneratos multos pondere dejicit* [11], et *Unusquisque catenis peccatorum suorum stringitur* [12]. Virtus autem eos, qui se amplectuntur, vivificat et in altum erigit, ut in Proverbiis dicitur: *Lignum vitæ est iis, qui ipsam amplectuntur* [13]; et in Psalmis, *Suscipiens mansuetos Dominus* [14]. Idcirco peccatum quidem symbolice cum talento plumbeo demersum conspicitur [15]: quia sui cultores in profundum inferorum dejicit. Quibus autem insunt carnis pondera et cupiditates, et iis qui a peccato circumdantur, non liberum sane est oculos ad Deum erigere. Jugum itaque Servatoris suave est, et onus ejus leve. Et quo pacto, dicet quispiam, leve onus est, cum sic loquatur: *Si quis non odit patrem et matrem* [16], et, *Qui non tollit crucem, et sequitur me, non est me dignus* [17]; et: *Qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus* [18]; imo etiam jubeat ipsam tradere animam? Id te do-

[7] Matth. VII, 15, 16. [8] Eccli. VI, 36. [9] Matth. XI, 29, 30. [10] Hebr. XII, 1. [11] Prov. VII, 26. [12] Prov. V, 22. [13] Prov. III, 18. [14] Psal. CXLVII, 6. [15] Zach. V, 7. [16] Luc. XIV, 26. [17] Matth. X, 38. [18] Luc. XIV, 33.

(20) Edit. Athan. p. 1008, ex Possini catena *in Matth.*

Digitized by Google

ceat Paulus qui ait : *Id enim quod in præsenti est momentaneum et leve tribulationis, mire supra modum æternum gloriæ pondus operatur* [19]; et rursus : *Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis* [20].

www.nbtool.com.cn

A οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής· ὅταν κελεύῃ καὶ αὐτὴν ἐκδοθῆναι τὴν ψυχήν; Διδασκέτω σε Παῦλος λέγων· *Τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται*· καὶ πάλιν· *Οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀνακαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς.*

Prodit ex cod. Colb. membran. XI sæculi. Est Cat. in Matth.

Sancti Athanasii.

Propterea dico vobis, omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus, sed blasphemia in Spiritum non remittetur illis. Et quicunque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei : qui autem dixerit verbum contra Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro [21]. Hic apposite Apostoli dictum proferatur : *Littera occidit, Spiritus autem vivificat* [22]. Multa siquidem B divinarum Scripturarum loca si secundum litteram intelligamus, in nefandas blasphemias incidimus, cujusmodi sunt quæ nobis nunc proponuntur Domini verba; quæ si secundum nudas dictiones excipiamus, non solum in nefandas dilabemur cogitationes, sed etiam ipsum Dominum sibi adversari deprehendemus. Namque si *quicunque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei;* quomodo idem Filius dixit : *Qui me negaverit coram hominibus, negabo eum coram angelis Dei* [23]? Et rursus, si omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus, quomodo et de otioso verbo rationem sumus reddituri [24]? quomodo qui dicit fratri suo, fatue, reus erit gehennæ ignis [25]? quomodo item Paulus ait : *Nolite errare : neque fornicarii, neque adulteri, ne-* C *que molles, neque maledici, neque ebriosi, neque rapaces regnum Dei possidebunt* [26]? Quæ si ita se habent, quomodo, quæso, omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus? Rursumque, si verum illud est, cur miser accusatur Origenes, quod finem aliquem pœnarum constituat; ac tandem remissionem omnium peccatorum, hominibus pariter et dæmonibus a Deo concedendam prædicet? Item, si blasphemia in Spiritum sanctum remissionem non habet, quid queritur Ecclesia Novatum pœnitentiam rejecisse? Illud autem obscurius et difficilius intellectu est, quod, qui dixerit verbum contra Filium remittetur ei; qui vero dixerit verbum contra Spiritum sanctum non remittetur ei, ita ut minor videatur Filius esse Spiritu sancto et Patre. Quid D ergo nefarios Arianos rejicimus. qui Filium volunt esse inferiorem et minorem Spiritu? Cur ergo Filius dicit : *Ego et Pater unum sumus* [27]; et : *Qui non honorat Filium, non honorat et Patrem* [28]; itemque hic ait : *Quicunque dixerit verbum contra Filium, remittetur ei* [29]? Num blasphemia in Filium condonata est Arianis, Simonianis, Sabellianis, Photinianis, cæterisque omnibus, qui blas-

(21) *Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου.*

Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφημία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις· ἡ δὲ τοῦ Πνεύματος βλασφημία οὐκ ἀφεθήσεται αὐτοῖς. Καὶ ὃς ἐὰν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ· ὃς δ' ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Πνεύματος ἁγίου, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ οὔτε ἐν τῷ νῦν αἰῶνι οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι. Ἐν- B ταῦθα καλὸν τὸ τοῦ Ἀποστόλου εἰπεῖν· ὅτι *Τὸ γράμμα ἀποκτείνει, τὸ δὲ Πνεῦμα ζωοποιεῖ.* Πολλὰ γὰρ τῶν θείων Γραφῶν ἐὰν κατὰ τὸ γράμμα νοήσωμεν, εἰς ἀθέσμους βλασφημίας περιπεσούμεθα· οἷόν ἐστι καὶ τὸ νῦν προκείμενον τοῦ Κυρίου λόγιον· ἐὰν γὰρ κατὰ ξηροῦ τὰς λέξεις ἐκλάβωμεν, οὐ μόνον εἰς ἀθεμίτους ἐννοίας κατενεχθησόμεθα, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν Κύριον ἐναντιούμενον ἑαυτῷ εὑρήσομεν. *Ἐὰν* γὰρ ὃς εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Υἱοῦ, ἀφεθήσεται αὐτῷ· πῶς αὐτὸς ὁ Υἱὸς εἶπεν, ὅτι *Ὁ ἀπαρνησάμενός αὐτὸν [ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων] ἀπαρνηθήσεται ἔμπροσθεν τῶν ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ;* Καὶ πάλιν ἐὰν πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφημία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις, πῶς καὶ ὑπὲρ ἀργοῦ λόγου ἀπολογίαν δώσομεν; πῶς ὁ λέγων τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, μωρέ, ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γέεν- C ναν τοῦ πυρός; πῶς δέ φησι καὶ Παῦλος· *Μὴ πλανᾶσθε· οὔτε πόρνοι, οὔτε μοιχοί, οὔτε μαλακοί, οὐ λοίδοροι, οὐ μέθυσοι, οὐχ ἅρπαγες, βασιλείαν Θεοῦ οὐ μὴ κληρονομήσουσι;* Καὶ εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει, πῶς λοιπὸν, εἰπέ μοι, πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφημία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις; Καὶ ἐὰν πάλιν τοῦτο ἀληθὲς, διὰ τί λοιπὸν ἐγκαλεῖται ὁ ἅθλιος Ὠριγένης, τέλος κηρύττων τῆς κολάσεως, ὡς συγχώρησιν πάσης ἁμαρτίας γενέσθαι καὶ τοῖς ἀνθρώποις καὶ τοῖς δαίμοσι παρὰ Θεοῦ; Πάλιν δὲ ἐὰν ἡ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημία οὐκ ἔχει συγχώρησιν, τί μέμφεται ἡ Ἐκκλησία Ναυάτον ἀποβαλλόμενον τὴν μετάνοιαν; Τὸ δὲ σκοτεινότερον καὶ δυσκατάληπτον ἐκεῖνό ἐστιν, ὅτι ὃς ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Υἱοῦ, ἀφεθήσεται αὐτῷ· ὃς δ' ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Πνεύματος, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ· ὥστε D ἐλάττων ἐστὶν ὁ Υἱὸς παρὰ τὸ Πνεῦμα καὶ τὸν Πατέρα. Καὶ τί λοιπὸν ἀποβαλλόμεθα τοὺς μυσαροὺς Ἀρειανοὺς, τοὺς σμικρύνοντας καὶ καταβιβάζοντας τὸν Υἱὸν παρὰ τὸ Πνεῦμα; Καὶ πῶς ὁ Υἱὸς λέγει· *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν*· καὶ, *Ὁ μὴ τιμῶν τὸν Υἱὸν οὐ τιμᾷ τὸν Πατέρα*· καὶ πάλιν ἐνταῦθά φησιν· *Ὃς ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Υἱοῦ, ἀφεθήσε-*

[19] II Cor. IV, 17. [20] Rom. VIII, 18. [21] Matth. XII, 31, 32. [22] II Cor. III, 6. [23] Luc. XII, 9. [24] Matth. XII, 36. [25] Matth. V, 22. [26] I Cor. VI, 10. [27] Joan. X, 30. [28] Joan. V, 23. [29] Matth. XII, 32.

(21) Ex cod. Colb. 2544, qui est catena *in Matthæum*. In editis quoque comparet, sed magna sui parte truncatum.

Digitized by Google

ται αὐτῷ; Ἆρα οὖν, εἰπέ μοι, ἡ εἰς τὸν Υἱὸν βλασφημία συγχωρηθήσεται τοῖς Ἀρειανοῖς, καὶ Σιμωνιανοῖς, καὶ Σαβελλιανοῖς, καὶ Φωτεινιανοῖς, καὶ τοῖς λοιποῖς πᾶσι τοῖς εἰς τὴν τοῦ Υἱοῦ σάρκωσιν βλασφημήσασιν; Ἄπαγε τῆς ἀτοπίας. Εἰ γὰρ ὁ λέγων τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, Μωρέ, ἔνοχός ἐστιν εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρὸς, εἰς ποίαν λοιπὸν, εἰπέ μοι, γέενναν γεέννης ἐκβληθήσεται ὁ λέγων τὸν Θεὸν αὐτοῦ κτίσμα, καὶ οὐχὶ Θεοῦ Υἱὸν, ἀλλὰ δοῦλον καὶ ὑπουργὸν καὶ μικρόν; Καὶ εἰ ὅστις εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Υἱοῦ, ἀφεθήσεται αὐτῷ, πῶς αὐτὸς ὁ Υἱὸς εἶπεν, ὅτι *Ὁ μὴ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ μὴ πίνων μου τὸ αἷμα, οὐκ ἔχει ζωὴν αἰώνιον*; Πῶς δὲ καὶ δύναταί τις, ἀτιμάζων τὸν Υἱὸν, μὴ βλασφημεῖν εἰς τὴν ἁγίαν Τριάδα; Ὁ δὲ εἰς αὐτὴν βλασφημῶν δηλονότι ἀπαρνεῖται τὸ ἅγιον βάπτισμα· ὁ δὲ τοῦτο ἀπαρνούμενος, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀποδύεται. Καὶ ὥσπερ ἐπὶ τοῦ αἰσθητοῦ ἡλίου, ἐὰν τὴν θέρμην ἢ τὴν ἀκτῖνα αὐτοῦ καθυβρίσῃς, εἰς ὅλην τὴν φύσιν αὐτοῦ ἀνατρέχει ἡ ὕβρις· οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ τρισηλίου τῆς ἁγίας Τριάδος φωτὸς καὶ μυστηρίου ἡ τῆς μιᾶς ὑποστάσεως ἀτιμία παντὸς τοῦ πληρώματος τῆς θεότητός ἐστιν ἀτιμία. Τί οὖν ἐστι τὸ πρὸς Ἰουδαίους λεγόμενον, ὅτι *Πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφημία τοῖς ἀνθρώποις ἀφεθήσεται· ὃς δ' ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ· ὃς δ' ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Πνεύματος ἁγίου, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ οὔτε ἐν τῷ νῦν αἰῶνι οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι.* Νουνεχῶς ἀκούσωμεν, καὶ μὴ πλανηθῶμεν. Διττὸν εἶναι τὸν Χριστὸν μετὰ τὴν ἄφραστον ἕνωσιν, φημὶ δὲ ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος, αἱ ἱεραὶ ἡμῖν διαδοῶσι Γραφαί· *Ὁ γὰρ Λόγος σὰρξ ἐγένετο.* Τὴν γοῦν τοῦ Λόγου θεότητα ὁ αὐτὸς Χριστὸς Πνεῦμα ἅγιον ὀνομάζει, καθὰ καὶ πρὸς τὴν Σαμαρεῖτιν ἔλεγε, *Πνεῦμα ὁ Θεός*· τὴν δὲ ἀνθρωπότητα αὐτοῦ Υἱὸν ἀνθρώπου· *Νῦν* γὰρ, φησὶν, *ἐδοξάσθη ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου.* Οἱ οὖν ἀεὶ τῷ Θεῷ προσκρούοντες Ἰουδαῖοι διττὴν πρὸς Χριστὸν τὴν βλασφημίαν ἐκέκτηντο· τὰ μὲν γὰρ τῇ σαρκὶ αὐτοῦ, ἤγουν τῷ Υἱῷ τοῦ ἀνθρώπου προσκόπτοντες, προφήτην αὐτὸν, ἀλλ' οὐ Θεὸν εἶναι ἐνόμιζον, καὶ φάγον αὐτὸν καὶ οἰνοπότην ἐκάλουν, οἷς καὶ συγγνώμην ἔδωκεν· ἀρχὴ γὰρ ἦν τοῦ κηρύγματος, καὶ οὔπω ἐχώρει ὁ κόσμος Θεὸν πιστεύειν γενόμενον ἄνθρωπον. Διό φησιν ὁ Χριστὸς, ὅτι *Ὃς ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου*, ἤγουν τοῦ σώματος αὐτοῦ, *ἀφεθήσεται αὐτῷ.* Τολμῶ γὰρ λέγειν, ὅτι οὐδὲ αὐτοὶ οἱ μακάριοι μαθηταὶ τὸ τέλειον περὶ τῆς αὐτοῦ θεότητος εἶχον φρόνημα, ἕως τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον αὐτοῖς τῇ Πεντηκοστῇ ἐπεφοίτησεν. Ἐπεὶ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἰδόντες αὐτὸν, οἱ μὲν προσεκύνησαν, οἱ δὲ ἐδίστασαν· ἀλλ' οὐκ ἐκ τούτου κατεκρίθησαν. Οἱ δὲ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἤγουν εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ θεότητα, βλασφημήσαντες καὶ λέγοντες, ὅτι *Ἐν Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια*, οὐκ ἀφίενται οὔτε ἐν τῷ νῦν αἰῶνι οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι. Ἐπισημειώσα-

A phemias in Christi incarnationem protulerunt? Apage hanc absurditatem. Nam si is qui fratri suo dicit, Fatue, reus est gehennæ ignis; qualem, dic mihi, in gehennam gehennæ projicitur is qui affirmat Deum suum creaturam esse; non Filium Dei, sed servum, sed administrum, et parvum? Et si qui dixerit verbum contra Filium, remittetur ei; quomodo ipse Filius dixit: *Qui non manducat meam carnem, nec bibit meum sanguinem, non habebit vitam æternam* [30]? Aut qui, quæso, possit qui ignominia afficit Filium, non blasphemare in sanctam Trinitatem? Qui vero in eam blasphema dicit, is haud dubie abnegat sanctum baptisma; ac qui baptismum negat, profecto Spiritum sanctum exuit. Et quemadmodum in sole isto sensibili, si calori B radiisve ejus contumeliam feceris, in totam naturam solis recidit hujusmodi contumelia; ita quoque se res habet in trigemino sole Trinitatis et mysterii: contumelia in unam personam prolata, blasphemia est in universam plenitudinem deitatis. Quid igitur sibi vult dictum illud ad Judæos: *Omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus: et quicunque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei; qui autem dixerit verbum contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc sæculo neque in futuro* [31]. Prudenter audiamus, et ne seducamur. Duplicem esse Christum post inenarrabilem unionem, dico autem ex deitate et humanitate, sacræ nobis clamant Scripturæ: nam *Verbum caro factum est* [32]. Deitatem ergo Verbi ipse C Christus Spiritum sanctum appellat, quemadmodum ad Samaritanam locutus est, *Spiritus est Deus* [33]; humanitatem vero suam, Filium hominis vocat: *Nunc*, inquit, *glorificatus est Filius hominis* [34]. Judæi igitur qui semper Deum offenderunt duplicis adversus Christum blasphemiæ rei sunt. Quorum alii in carnem ejus, scilicet in Filium hominis, impingunt, prophetam, non Deum esse existimantes; ac voracem illum et potatorem vocabant [35]: quibus veniam dedit. Siquidem initium prædicationis erat, nondumque poterat mundus Deum illum credere, qui homo factus fuerat. Hinc Christus ait: *Quicunque dixerit verbum contra Filium hominis*, scilicet contra corpus suum, *remittetur ei*. Ausim quoque dicere, neque ipsos beatos D ejus discipulos, perfectam ipsius divinitatis habuisse notitiam, donec Spiritus sanctus in die Pentecostes in ipsos illapsus esset. Namque etiam post resurrectionem videntes eum, alii adorarunt eum, alii autem dubitaverunt; nec ideo tamen condemnati sunt. Qui vero in Spiritum sanctum, sive in Christi deitatem blasphema hæc dicta protulerunt: *In Beelzebul, principe dæmoniorum, ejicit dæmonia* [36]; iis sane non remittetur, neque in hoc sæculo, neque in futuro. Observandum porro est, non dixisse Christum, blasphemanti ac postea pœ-

[30] Joan. VI, 54. [31] Matth. XII, 32. [32] Joan. I, 14. [33] Joan. IV, 24. [34] Joan. XIII, 36. [35] Matth. XI, 19. [36] Luc. XI, 15.

Digitized by Google

nitenti remissionem dandam non esse; sed blasphemanti, sive in blasphemia perseveranti: siquidem condigna pœnitentia peccata omnia eluit. Quod autem dicitur, blasphemiam in Spiritum sanctum neque in hoc, neque in futuro sæculo dimitti; quidam re diligentius exquisita dicunt, quatuor modis peccatorum veniam concedi; duobus hic, duobus item in futuro sæculo. Cum enim peccatorum omnis temporis meminisse non possimus, ut hic pœnitentiam quilibet agere possit; idcirco Dominus noster, nobis hic pœnitentiam non agentibus, duos, ut dictum est, in futuro pœnitentiæ modos procuravit. Cum quis scilicet bona indifferenter egerit, sive misericordia et commiseratione commotus in proximum, sive quævis alia humanitatis officia præstiterit; ea porro in futuro sæculo, judicii tempore, in quam propendebunt partem, veniam consequentur. Et hic quidem primus est modus: secundus vero is est, cum quis peccatis constrictus, audita Domini voce dicentis: *Nolite judicare, ut non judicemini*, de nemine judicare, examinato vitæ instituto, ausus; utpote cultor præcepti, neque ipse judicatur. Neque enim mandati sui immemor est ille veracissimus. Duobus autem aliis modis hic venia obtinetur; cum quis nimirum peccatis obnoxius, divina dispensante providentia, miseriis, ærumnis morbisque affligitur. Modo namque sibi ignoto, his a Deo purgatur. Et si quidem tentatus gratias agat, mercedem ob gratiarum actionem accipit; sin se ingratum præbeat, de iisdem peccatis quorum causa corripitur, iterum judicatur: insuperque debitas ingrato animo pœnas luere cogitur. Igitur peccata in homines admissa, multis possunt rationibus condonari: nam si quis in hominem peccans, de alio homine bene mereatur, is quam in naturam peccavit eidem naturæ satisfecit. Sed blasphemia in Spiritum (quæ infidelitas est, nullam, nisi quis fidelis efficiatur, veniam admittens), utpote impietatis et infidelitatis peccatum, neque in hoc, neque in futuro sæculo dimittetur.

Athanasii Alexandrini,

De lunaticis.

Domine, miserere filio meo, quia lunaticus est, et male patitur[37]. Lunaticis, non luna insaniæ causa est, neque enim luna ad malum et damnum inferendum hominibus creata est, sed ad ministerium optimis utilibusque rebus præbendum. Cum enim ex natura sua humida sit, suavissimum corporibus somnum procurat, noctis tenebras, colore lacteo ornata, demulcet; solem vero qui siccus calidusque est, æqua lance temperat, atque humore frigiditateque sua plantas omnes, prata, herbas, olera, ut mater vera in ulnis accipiens, fovet, et virescere facit; ita ut sub auroræ crepusculum, videre sit arbores densis frondibus ornatas, prata in summis floribus

[37] Matth. xvii 14.

A σθαι δὲ χρὴ, ὅτι οὐκ εἶπεν ὁ Χριστὸς, Τῷ βλασφημήσαντι καὶ μετανοήσαντι οὐκ ἀφεθήσεται· ἀλλὰ Τῷ βλασφημοῦντι, εἴτ' οὖν ἐπιμένοντι τῇ βλασφημίᾳ. Ἡ γὰρ ἀξιόλογος μετάνοια πάντα λύει τὰ ἁμαρτήματα. (22) Τὸ δὲ μήτε ἐνταῦθα ἀφίεσθαι τῷ εἰς τὸ Πνεῦμα βλασφημήσαντι, μήτε ἐν τῷ μέλλοντι, τινὲς ἐξετάζοντές φασι τέσσαρας εἶναι τρόπους δι' ὧν συγχώρησις ἁμαρτημάτων γίνεται· δύο ἐνταῦθα, καὶ δύο ἐν τῷ μέλλοντι. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἐφικνεῖται ἡ μνήμη ὅλου χρόνου μνημονεύειν τὰ σφάλματα, ἵνα ἐνταῦθα μετανοήσῃ ὁ ἄνθρωπος, ᾠκονόμησε φιλανθρώπως ὁ Κύριος ἡμῶν μὴ μετανοούντων τρόπους μετανοίας ἐν μὲν τῷ μέλλοντι, ὡς εἴρηται, δύο· ὅταν τις ἀδιαφόρως ἀγαθοεργήσας, εἴτε εἰς οἶκτον καὶ συμπάθειαν πρὸς τὸν πλησίον κινηθείς, ἢ ὅσα ἄλλα φιλανθρωπίας B ἐχόμενα· ταῦτα ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι κατὰ τὸν καιρὸν τῆς κρίσεως ζυγοστατούμενα, ἐφ' ἃ τὴν ῥοπὴν ἔχει, συγχώρησις γίνεται. Καὶ οὗτος μὲν ὁ εἷς τρόπος· δεύτερος δὲ οὗτος· ὅταν ταῖς ἁμαρτίαις συνεχόμενος, ἀκούων δὲ τοῦ Κυρίου λέγοντος· *Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε*, φοβούμενος οὐδένα κρίνει ἐν τῇ ἐξετάσει τῶν βεβιωμένων· ὡς φύλαξ τῆς ἐντολῆς οὐ κρίνεται. Τῆς γὰρ ἑαυτοῦ ἐντολῆς οὐκ ἐπιλήσμων ὁ ἀψευδέστατος. Οἱ δὲ ἕτεροι δύο τρόποι ἐνταῦθα τὴν συγχώρησιν ἔχουσιν· ὅταν τις, ἐν ἁμαρτίαις ὤν, οἰκονομεῖται ἐκ τῆς προνοίας ἐν συμφοραῖς, ἐν ἀνάγκαις, ἐν νόσοις· ὡς οὐκ οἶδε γὰρ διὰ τῶν τοιούτων καθαίρει αὐτὸν ὁ Θεός. Καὶ εἰ μὲν εὐχαριστεῖ πειραζόμενος, τὸν ἐπὶ τῇ εὐχαριστίᾳ μισθὸν λαμβάνει· εἰ δὲ ἀχαριστεῖ, δι' ἃς μὲν ἁμαρτίας παιδεύεται, ἐκ τῶν τοιούτων κρίνε- C ται· τὴν δὲ ὑπὲρ τῆς ἀχαριστίας εἰσπράττεται ποινήν. Ἐπεὶ οὖν ἄτινα εἰς ἀνθρώπους τις ἁμαρτάνει, πολλὰς ἔχει προφάσεις συγχωρήσεων· ἁμαρτάνων γάρ τις εἰς ἄνθρωπον, ἄλλον δὲ ἄνθρωπον εὖ ποιῶν, εἰς ἣν φύσιν ἥμαρτεν, αὐτῇ καὶ ἀπελογήσατο. Ἡ δὲ εἰς τὸ Πνεῦμα βλασφημία (ἔστι δὲ ἀπιστία, μὴ ἔχουσα ἑτέραν πρόφασιν συγχωρήσεως, εἰ μὴ τὸ γενέσθαι πιστὸν), οὔτε ἐνταῦθα οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι ἀφεθήσεται τῆς ἀθείας· καὶ ἀπιστίας ἡ ἁμαρτία.

Ἀθανασίου Ἀλεξανδρείας,

Περὶ σεληνιαζομένων (23).

Κύριε, ἐλέησόν μου τὸν υἱόν, ὅτι σεληνιάζεται, καὶ κακῶς πάσχει. Οἱ σεληνιαζόμενοι, οὐχ ὡς τῆς σελήνης παραιτίας γινομένης τῆς αὐτῶν φρενοβλα- D βείας· οὔτε μὴν ἡ σελήνη ἐκτίσθη εἰς κακοποιίαν, ἢ πρὸς βλάβην τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ἀλλ' εἰς συνεργίαν καλῶν καὶ ὠφελίμων πραγμάτων. Οὖσα γὰρ κατὰ φύσιν ὑγρὰ, τοῖς σώμασι τὸν ἡδιστον ὕπνον προξενεῖ, τῆς δὲ νυκτὸς τὸ σκότος παραμυθεῖται, οὖσα γαλακτοφαής· τῷ δὲ ξηρῷ καὶ τῷ θερμῷ τῷ ἡλίῳ ἀντιταλαντεύουσα, τῇ ὑγρότητι καὶ τῇ ψυχρίᾳ πάντα τὰ φυτὰ καὶ τοὺς λειμῶνας, καὶ πᾶσαν πόαν καὶ βοτάνην, ὡς μήτηρ γνησία διὰ τῆς νυκτὸς ἐναγκαλιζομένη, ἀναζωπυρεῖ καὶ ἀναθάλλει· ὥστε ὑπὸ τὴν ἕω ὁρᾶσθαι καὶ

(22) Hæc ad finem usque, quæ in editis desiderabantur, et in editione Athanasii nostra separatim ponuntur, pag. 1008, ex mss. mutuati sumus.

(23) Hæc ex cod. Reg. 1993, x sæculi, fol. 323

Digitized by Google

τὰ δένδρα τοῖς φύλλοις πεπυκνωμένα, τοὺς δὲ λειμῶνας βαστάζοντας ὑπεράνω τῶν ἀνθῶν τὸ μέλι τῆς ἐργασίας τῆς σοφῆς καὶ ἀόκνου μελίσσης, τὴν δὲ πόαν ἀγλαΐζομένην, πᾶσαν δὲ βοτάνην ηὐξημένην ἱλαρῷ προσώπῳ. Ὅθεν καὶ γαλακτοφαὴς ἐστιν, ὅτι, ὡς μήτηρ τῷ γάλακτι τρέφει τὸ νήπιον, οὕτω καὶ αὕτη τῇ πιότητι καὶ τῇ δρόσῳ μεγαλύνει τὰ σύμπαντα. Οὖσα δὲ ἐν τῷ οὐρανῷ, σημαίνει ἐνιαυτῶν κύκλους, μηνῶν ἐκπληρώσεις, καιρῶν καὶ χρόνων τροπὰς, τὸν προσήκοντα καιρὸν τοῦ ἀληθινοῦ καὶ βεβαίου Πάσχα, λεγούσης τῆς Σοφίας, *Ἀπὸ σελήνης σημεῖον ἑορτῆς*· καὶ ὅτι φωστὴρ μειούμενος καὶ αὐξούμενος, *μὴν* τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐστιν. Ἡ βίβλος τῆς Γενέσεως οὕτω διηγεῖται· *Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Γενηθήτω φῶς ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, εἰς φαῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἀρχὴ τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτός· καὶ ἔστω εἰς σημεῖα καὶ εἰς καιροὺς καὶ εἰς ἡμέρας καὶ εἰς ἐνιαυτούς· καὶ ἔστωσαν εἰς φαῦσιν ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς.* Πάντα δὲ ταῦτα ἠναγκάσθην παραγῶναι τῇ εὐλαβείᾳ ὑμῶν, ἵνα δείξω ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων καὶ τῶν θεοπνεύστων Γραφῶν μὴ εἶναι τὴν σελήνην αἰτίαν φρενοβλαβείας, ἀλλὰ τὸν κακομήχανον καὶ δόλιον διάβολον. Οὗτος γὰρ ὑπάρχει ἐν κακοῖς τεχνίταις· μὴ δυνάμενος ἄλλως πως τὰ κτίσματα ἐκθειάσασθαι, ἢ καταναγκάσαι τοὺς ἀνθρώπους εἰς τὴν εἰδωλοποιΐαν, ἐπιτηρεῖ τὴν νεομηνίαν τῆς σελήνης, ἢ ὅταν ἔχῃ ε', καὶ τότε ποιεῖ τὸν ἐπιληπτικὸν κράζειν, ἀφρίζειν, βάλλειν ἑαυτὸν κατὰ πυρὸς, ἢ ὕδατος, ἵνα οἱ γεννήτορες αὐτοῦ, ἢ οἱ ἀδελφοὶ, ἢ οἱ προγενεῖς ἀναγκασθήσωνται τῇ σελήνῃ προσκυνῆσαι, νομίσαντες, ὅτι αὕτη ἔπεμψε τὸν δαίμονα τῷ νεανίσκῳ. Ὅθεν καὶ οἱ Ἕλληνες βασίλισσαν αὐτὴν προσαγορεύουσι τοῦ οὐρανοῦ, οὖσαν δουλίδα τῆς νυκτὸς, καὶ ὑπηρέτριαν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως· οὐ μέντοι δέσποιναν ἢ ἄρχουσαν. Διὰ τοῦτο καὶ Ἰησοῦς ὁ διάδοχος Μωϋσέως ἐκέλευσεν αὐτοῖς εἰπών· *Στήτω ὁ ἥλιος κατὰ Γαβαὼ, καὶ ἡ σελήνη κατὰ φάραγγα Ἐλὼμ, ἕως τοὺς πέντε βασιλεῖς τῶν Ἀμορραίων τροπώσομαι.* Ὁ τοίνυν ἐπιτάσσων ἄνθρωπος τῇ σελήνῃ, πῶς οἷόν τέ ἐστι παρ' αὐτοῖς κακοποιεῖσθαι αὐτὸν ἢ δεσποτεύεσθαι; Ἄπαγε οὖν ἀφ' ἑαυτοῦ τὰ μηχανήματα τοῦ ἀποστάτου δράκοντος, καὶ τὴν Ἑλληνικὴν πλάνην καὶ δεισιδαιμονίαν.

niel, opus prudentis impigræque apis, gestantia, fœnum nitens, omneque herbæ genus auctum hilari facie. Unde lacteo colore est, quia veluti mater infantem lactat; sic et ipsa pinguedine et rore omnia succrescere facit. In cœlo posita annorum circulos, mensium terminos, temporum tempestatumque conversiones, veri ac firmi Paschatis congruens tempus indicat, Sapientia ita loquente: *A luna signum diei festi* [38]: et quia luminare est modo minutum, modo crescens, hinc *men* appellatur. Rem ita narrat liber Geneseos: *Et dixit Deus: Fiat lux in firmamento cœli, ad lucendum super terram, et ad principatum diei et noctis: et sint in signa et in tempora et in dies et in annos: et sint in lucem in firmamento cœli ad lucendum super terram* [39]. Hæc omnia vestræ pietati recitanda duxi, ut ex ipsis rebus atque ex Scripturis divinitus inspiratis ostenderem lunam non esse insaniæ causam; sed malignum dolosumque diabolum. Ipse namque inter malignos artifices annumeratur, et cum non possit alia ratione rebus conditis numinis speciem affingere, vel homines ad idolorum fictionem compellere, observat neomeniam lunæ: et cum ad quintum diem pervenerit, tunc procurat ut epilepticus clamet, spumas efferat, sese in ignem conjiciat aut in aquam, ut ejus parentes aut fratres, sive consanguinei, cogantur lunam adorare, rati ipsam puero dæmonium immisisse. Quamobrem Græci reginam cœli vocant ipsam; quæ tamen famula noctis est, et humanæ naturæ ministra, non autem domina et princeps. Quare Jesu Moysis successor præcepit ipsis, his verbis: *Stet sol contra Gabaon, et luna contra vallem Elom, donec quinque reges Amorrhæorum in fugam vertam* [40]. Homo itaque qui lunæ imperat, quomodo potest ab ipsis luminaribus malo affici, iisque subjici? Apage ergo machinas draconis apostatæ, ac gentilem errorem et superstitionem.

(24) *Ὅτι κλείετε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.* Ὁ δὲ Λουκᾶς λέγει· *Ὅτι ἤρατε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως*, τουτέστι τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν, ὡς προοδοποιοῦσαν εἰς τὴν γνῶσιν τῆς ἀληθείας καὶ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ. Ἦντινα κλεῖδα ἦραν ἀπὸ τῶν μελλόντων δι' αὐτῆς εἰσέρχεσθαι

Quia clauditis regnum cœlorum [41]. Lucas autem ait: *Quia tulistis clavem scientiæ* [42], id est fidem in Christum, utpote quæ viam paret ad cognitionem veritatis et doctrinæ ipsius. Quam clavem abstulerunt ab iis qui ejus ope intraturi erant.

[38] Eccli. XLIII, 7. [39] Gen. I, 14. [40] Josue X, 12. [41] Matth. XXIII, 13. [42] Luc. XI, 52.

(24) In edit. Athan. p. 1009, ex Possino.

MONITUM IN EXCERPTA COMMENTARIORUM IN LUCAM

Hærebamus olim num Athanasius Commentaria in Lucam *edidisset, necne. Licet enim Catenæ* in Lucam *aliquot ejus fragmenta præferrent, non in promptu erat dicere ex Commentariisne, an ex aliis injuria temporum oblitteratis operibus hinc inde exsumpta a Catenarum auctoribus fuissent. His vero prolatis in lucem*

Digitized by Google

Commentariorum reliquiis, vix ambigendi locus superest : quod item de Commentariis in Matthæum *diximus. Nam series ipsa, Evangeliorum interpretem, cui unus ea explanandi scopus sit, arguit ; non autem scriptorem* ἐκ παρέργου, *sive ex occasione, Evangelii dicta afferentem : quod sane sagaci cuilibet perspicuum fore arbitramur. In editione autem Athanasiana nostra, nonnulla* in Lucam ἀποσπασμάτια *protulimus : verum sub hæc in nulla alia incidimus, quæ sive ex codicibus mss. sive ex Catena edita* in Lucam, *jam triplo saltem auctiora prodeunt. Horum porro Athanasium vere auctorem esse produnt, cum styli genus plane Athanasianum, tum ea quæ contra Arianos, quasi cum hæc scriberentur turbas dantes, et Verbi deitatem impugnantes, afferuntur. Quæ oratione et arguendi ritu cum Athanasii contra Arianos velitationibus ita congruunt, ut ovum non sit ovo similius. Sub finem vero luculentum habet de expiandis in futura vita levioribus erratis testimonium : ubi clare dicit posse defunctos, qui ex segnitie vel ex procrastinatione aliquid omiserint, amicorum ope juvari ; secus eos qui improbe versati, pœnitentiam in hac vita non egerint.*

www.libtool.com.cn

EX COMMENTARIIS S. ATHANASII IN LUCAM.

Et ecce eris tacens, et non poteris loqui, usque in diem quo hæc fiant ; pro eo quod non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo [43]. Zachariæ non credenti jure non parcit angelus, quia ille steriles alias mulieres, quæ antea pepererant, in exemplum habuit, ut docent Scripturæ sacræ. *Ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei* [44]. Neque solum ait angelus ad Virginem, *quod nascetur*, ne ipsi extrinsecus inductum corpus putaretur ; sed illud etiam addidit, *ex te*, ut quod nascebatur ab ipsa naturaliter proditurum crederetur. Sanctum autem vocandum erat, non quasi in ipso Filius Dei habitaturus esset, atque ex participatione esset sanctificandus ; sed quia utpote Filius Dei, vere ac secundum naturam sanctus esset, atque unus. *Et ecce Elisabet cognata tua* [45]. Cognatam autem sanctissimæ Virginis Elisabetam dixit angelus, sive quia ex uno eodemque proavo Jacobo ortum ducebant, sive quia ante datam legem Aaron, qui ex tribu Levi erat, Elisabetam uxorem accepit, filiam Aminadab et sororem Naasson [46], ex tribu Juda orti. Siquidem hic regia tribus Juda, ex qua sanctissima Virgo exorta est, sacerdotali tribui Levi conjuncta est, ex qua Elisabet erat. Quamobrem admirabili prorsus modo sapientissima sanctissimi Spiritus gratia curavit, ut etiam hæc Zachariæ uxor, perinde atque illa Aaronis conjux, Elisabet vocaretur ; ut vel ex nomine clare ediscceremus, cognationem Virginem inter et matrem præcursoris Elisabetam, ex alia illa Elisabeta duci.

Cum porro dixit sanctissima Virgo : *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum* [47] ; id declaravit : Tabula sum in qua quidquid scribæ placet, describitur. Scribat, pro lubito agat Dominus universi. Accepta angelus a sanctissima Virgine fidei confessione, abscessit ab illa.

Magnificat anima mea Dominum [48]. Sicut enim gloriam Deo afferre, non significat ipsi laudem

A Καὶ ἰδοὺ ἔσῃ σιωπῶν, καὶ μὴ δυνάμενος λαλῆσαι, ἄχρι ἧς ἡμέρας γένηται ταῦτα· ἀνθ' ὧν οὐκ ἐπίστευσας τοῖς λόγοις μου, οἵτινες πληρωθήσονται εἰς τὸν καιρὸν αὐτῶν (25). Οὐ συγγινώσκει δὲ τῷ Ζαχαρίᾳ ὁ ἄγγελος ἀπιστήσαντι δικαίως· διότι εἶχεν ἐκεῖνος εἰς ὑπόδειγμα καὶ ἄλλας στείρας πρὸ αὐτοῦ γενομένας καὶ τεκούσας, ὡς αἱ θεῖαι Γραφαὶ διδάσκουσιν. Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον, κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ. Οὐχ ἁπλῶς δὲ τὸ γεννώμενόν φησι πρὸς τὴν Παρθένον ὁ ἄγγελος, ἵνα μὴ ἔξωθεν ἐπεισαγόμενον αὐτῇ σῶμα νομισθῇ· ἀλλ' ἐπήγαγεν καὶ τὸ, ἐκ σοῦ, ἵνα ἐξ αὐτῆς φύσει τὸ γεννώμενον εἶναι πιστευθῇ. Ἅγιον δὲ κληθησόμενον, οὐχ ὡς ἔνοικον ἕξοντα τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐκ μετοχῆς ἁγιασθησόμενον, ἀλλ' ὡς ὄντα κατὰ φύσιν ἅγιον, B τῷ τὸν αὐτὸν Υἱὸν ὑπάρχειν Θεοῦ, καὶ ἕνα εἶναι. Καὶ ἰδοὺ Ἐλισάβετ ἡ συγγενής σου. Συγγενῆ δὲ τῆς παναγίας Παρθένου τὴν Ἐλισάβετ εἶπεν ὁ ἄγγελος, εἴτε ὡς ἐξ ἑνὸς προπάτορος τοῦ Ἰακὼβ ὑπαρχούσας, εἴτε διὰ τὸ πρὸ τῆς νομοθεσίας λαβεῖν τὸν Ἀαρὼν, ἐκ τῆς τοῦ Λευῒ φυλῆς ὄντα, γυναῖκα τὴν Ἐλισάβετ, θυγατέρα οὖσαν τοῦ Ἀμιναδὰμ, τὴν ἀδελφὴν Ναασσῶν, ἐκ τῆς τοῦ Ἰούδα φυλῆς ὑπάρχοντος. Καὶ γὰρ ἐνταῦθα συνήφθη ἡ βασιλικὴ τοῦ Ἰούδα φυλὴ, ἐξ ἧς ἦν ἡ παναγία Παρθένος, τῇ ἱερατικῇ τοῦ Λευῒ φυλῇ, ἐξ ἧς ὑπῆρχεν ἡ Ἐλισάβετ. Διὸ καὶ παραδόξως ἡ πάνσοφος τοῦ παναγίου Πνεύματος ᾠκονόμησε χάρις καὶ ταύτην τὴν Ζαχαρίου γυναῖκα Ἐλισάβετ προσαγορεύεσθαι, ὥσπερ καὶ τὴν τοῦ Ἀαρών· ὅπως διὰ τοῦ C ὀνόματος ἐναργῶς μάθωμεν, ὡς ἐξ ἐκείνης τῆς Ἐλισάβετ ἡ πρὸς τὴν Παρθένον καὶ πρὸς τὴν μητέρα τοῦ προδρόμου Ἐλισάβετ ὑπάρχει συγγένεια.

Εἰποῦσα δὲ ἡ παναγία Παρθένος· Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου· τοῦτο ἐδήλωσεν· Πίναξ εἰμὶ, φησὶν, γραφόμενος ὃ βούλεται ὁ γραφεύς. Γραφέτω, ποιείτω ὃ θέλει ὁ τοῦ παντὸς Κύριος. Δεξάμενος δὲ ὁ ἄγγελος τῆς παναγίας Παρθένου τὴν ὁμολογίαν τῆς πίστεως, ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτῆς.

(26) Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον. Ὥσπερ γὰρ τὸ δοξάζειν τὸν Θεὸν οὐκ ἔξωθεν εὐκλειαν αὐτῷ

[43] Luc. I, 20. [44] ibid. 35. [45] ibid. 36. [46] Exod. VI, 23. [47] Luc. I, 38. [48] ibid. 46.

(25) Hæc ex codice Regio 2425, X sæculi.
(26) Quæ sequuntur ex codice Reg. 1440 desumpta, causa sunt, p. 1009.

Digitized by Google

φέρειν παρίστησιν, οὐδὲ τὸ ἁγιάζειν τὸν Κύριον προστιθέναι αὐτῷ ἁγιότητα σημαίνει· οὕτω καὶ τὸ μεγαλύνειν τὸν Θεὸν οὐκ ἐπίδοσιν μεγέθους προσάγειν αὐτῷ δηλοῖ· ἀλλ' ὁ μεγαλύνων αὐτὸν τοῦ μεγέθους αὐτοῦ μετοχὴν εἰς ἑαυτὸν δέχεται. Ὅθεν εἴρηται· *Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον.* Ταῦτα δὲ οὐ δοκεῖ παράδοξα τῷ ἀκριβῶς ἐπισταμένῳ, ὡς ὁ Θεὸς οὐ δέχεται, ἀλλὰ χορηγεῖ τὰ ἀγαθά.

A aliquam et honorem extrinsecus tribuere : neque etiam Dominum sanctificare, significat illi sanctitatem addere ; sic magnificare Deum, non indicat ipsi conferre magnitudinis accessionem : sed qui magnificat ipsum, magnitudinis illius participationem in se recipit. Quamobrem dictum est : *Magnificat anima mea Dominum.* Quæ sane admiranda ei non videbuntur, qui probe noverit Deum nequaquam accipere, sed largiri bona.

Ὅτι ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ· ἰδοὺ γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί. Ἀλλ' οἷον τὸ τῆς παρθενίας χρῆμα; Τὰς μὲν γὰρ ἄλλας ἀρετὰς ἀσκῆσαι θέλων ἕκαστος, ὑπὸ τοῦ νόμου ῥυθμίζεται· ἡ δὲ παρθενία, τὸν νόμον ὑπερβᾶσα, καὶ μείζονι σκοπῷ τὴν ἀγωγὴν τῆς πολιτείας ἔχουσα, γνώρισμα μέν ἐστι τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, εἰκὼν δὲ τῆς τῶν ἀγγέλων καθαρότητος. Πολλὰ μὲν οὖν εἰπεῖν τις ἔχοι περὶ αὐτῆς· ἵνα δὲ μὴ ἐν φανεροῖς ἐνδιατρίβω λέγων, ἓν ἀντὶ πάντων τοῦτ' εἰπών, τῆς ἀρετῆς ταύτης δείξω τὸ μέγεθος. Ὁ γὰρ Δεσπότης τοῦ παντὸς ὁ Θεὸς Λόγος, θέλοντος τοῦ Πατρὸς ἀνεγεῖραι καὶ ἀνακαινίσαι τὰ πάντα, μητέρα τοῦ σώματος οὗ ἔμελλε φορεῖν οὐδένα πλὴν παρθένον ἠθέλησε γενέσθαι, καὶ γέγονε· καὶ οὕτως ἡμῖν ἄνθρωπος ἐπεδήμησεν ὁ Κύριος· ἵν' ὥσπερ τὰ πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, οὕτω καὶ ἡ παρθενία ἐξ αὐτοῦ γένηται, καὶ δι' αὐτοῦ πάλιν εἰς ἀνθρώπους ἡ χάρις αὕτη δοθῇ, καὶ αὔξουσα διαμείνῃ. Ὅσον τοίνυν καύχημα παρθένων ἐστὶ τοῦτο, καὶ γνώρισμα τῆς ἐν αὐτῷ θεότητος, ἔξεστιν ἐκ τούτου μαθεῖν· Εἰ τῶν ἁγίων μαρτύρων οἱ γονεῖς εἰσι περίβλεπτοι διὰ τὴν τῶν υἱῶν ἀνδρίαν· καὶ χαίρει Σάρρα τεκοῦσα τὸν Ἰσαάκ, καὶ μακάριοι ὅσοι ἔχουσιν ἐν Σιὼν σπέρμα, καὶ οἰκείους ἐν Ἰερουσαλὴμ, ὡς φησιν ὁ προφήτης· πόσον ἄν τις εἴποι τὸ καύχημα τῆς ἁγίας Παρθένου καὶ θεοειδοῦς Μαρίας, ὅτι μήτηρ τοῦ Λόγου κατὰ τὴν γένεσιν τῆς σαρκὸς γέγονέ τε καὶ χρηματίζει; καὶ γὰρ τὸν θεῖον τόκον τοῦτον στρατιὰ μὲν ἀγγέλων ὕμνησε· γυνὴ δὲ τὴν φωνὴν ἐπάρασα ἔλεγε· *Μακαρία ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε, καὶ μαστοὶ οὓς ἐθήλασας.* Καὶ αὐτὴ δὲ ἡ κυριοτόκος Μαρία καὶ ἀειπάρθενος, εἰδυῖα τὸ ἐν αὐτῇ γενόμενον, ἔλεγεν· *Ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί.* Ὁ δὲ γέγονε τῇ Μαρίᾳ, τοῦτο πάσαις ταῖς παρθένοις εἰς εὐκλειάν ἐστιν. Αὗται γὰρ ὡς ἀπὸ ῥίζης ἐκείνης λοιπὸν κλάδοι κρέμανται παρθενικοί.

B *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ ; ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes* [49]. At qualis res est virginitas? Nam alias quidem virtutes si quis exercere velit, is a lege dirigitur : at virginitas, quæ legem superat, atque ad præstantiorem scopum vitæ institutum agit, indicium est futuri sæculi, atque una angelicæ puritatis imago. Multa sane de illa suppetunt dicenda ; at ne manifestis in rebus moras traham, vel unum omnium instar erit, quo hujusmodi virtutis præstantiam declarem. Siquidem Deus Verbum omnium Dominus, cum vellet Pater omnia erigere atque renovare, matrem corporis, quod gestaturus erat, non aliam quam virginem esse voluit : quod ita factum est : atque ita Dominus ad nos homo peregrinatus est ; ut quemadmodum omnia per ipsum facta sunt, ita quoque virginitas ex ipso oriretur, ac per ipsum hominibus isthæc gratia tribueretur, atque crescendo perseveraret. Quanta porro sit isthæc virginum gloria, et quod sit illud indicium ejus deitatis, hinc ediscere licet : C si sanctorum martyrum parentes ob filiorum fortitudinem conspicui sunt, si gaudet Sara Isaac enixa, et beati sunt quotquot semen habent in Sion, et familiares in Jerusalem, ut ait propheta [50] ; quanti æstimanda est gloria sanctæ Virginis ac divinæ Mariæ, quæ Verbi mater, secundum carnis ortum, est et vocatur? Enimvero divinum hunc partum cum angelorum exercitus celebravit, tum mulier alta voce dixit : *Beatus venter qui te portavit, et ubera quæ suxisti* [51]. Imo ipsa Dominipara et semper virgo Maria, cum nosset id quod in se gestum erat, ait : *Ex hinc beatam me dicent omnes generationes* [52]. Quod autem in Maria gestum est, id omnibus virginibus in gloriam vertit. Ipsæ namque velut ex illa radice ceu virginei pendent rami.

(27) *Καὶ ὅτε ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῶν κατὰ τὸν νόμον Μωϋσέως, ἀνήγαγον αὐτὸν εἰς Ἰεροσόλυμα, παραστῆσαι τῷ Κυρίῳ, καθὼς γέγραπται ἐν νόμῳ Κυρίου· Ὅτι πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν ἅγιον τῷ Κυρίῳ κληθήσεται· καὶ τοῦ δοῦναι θυσίαν κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν νόμῳ Κυρίου, ζεῦγος τρυγόνων, ἢ δύο νεοσσοὺς περιστερῶν.* Ὃς οὐχὶ κατὰ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἕνεκα τοῦ εἶναι καὶ ὑφεστάναι σάρκα πε-

D *Et postquam impleti sunt dies purgationis eorum secundum legem Moysis, tulerunt illum in Jerusalem, ut sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini : Quia omne masculinum adaperiens vulvam sanctum Domino vocabitur : et ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum* [53]. Qui non ut esset et exsisteret, aliorum hominum more, carnem induit ; sed ut carnem sanctificaret, factus

[49] Luc. I, 48. [50] Isa. XXXV, 10. [51] Luc. XI, 27. [52] Luc. I, 48. [53] Luc. II, 22-24.

(27) Quæ sequuntur in eodem codice Regio 2440 exstant.

Digitized by Google

